

IACOBI SA
SVSCIPIEN
CAS AD LV
GALLIARV

Ac nos quidem

quod Iqu

ma

& i

sub

gul

summa uirtutis e

esse arbitror hoc t

bonorum studia

rebus domi & mi

consilii documeta

dibilem erga te ar

admodum sit cor

iudiciis magnitu

ribus salutem pre

or nostra eiusmo

in ca est: q eande

in te & praestabile

Reipu. & Christi

mus fore salutare

uallo / partim cru

Turcarumq; cor

00

01

02

03

04

05

06

07

08

09

10

11

12

13

14

15

16

17

18

19

20

21

22

23

24

25

IACOBI SADOLETI DE BELLO
SUSCIPiendo CONTRA TUR
CAS AD LUDOVICVM REGEM
GALLIARVM ORATIO.

Iquis antea fuit Ludouice Rex/q
maximis nationibus præpositus
& in hanc celsam honoris sedem
sublatus/fortunæ locum illū sin/
gulari hominum beniuolentia/&
summa uirtutis existimatione tueretur/eum te
esse arbitror hoc tempore/in quem ita omnium
bonorum studia incubuerint/ut cum multa ex
rebus domi & militiæ gestis cum animi tui tum
consilii documēta cæperimus/quibus ad incre/
dibilem erga te amorem cōflagrauimus.arduuz
admodum sit constituere. Vtruz ornatoribus
iudiciis magnitudinem tuam/an uotis amantio
ribus salutem prosequamur. Sed quo propensi
or nostra eiusmodi uoluntas sit/illa etiam ratio
in cā est:q̄ eandem hāc uirtutem quam egregiā
in te & præstabilem eē cognoscimus/cōi quoq̄
Reipu.& Christianæ religioni imprimis spera/
mus fore salutarem: Quātum.n. longo iā inter
uallo/partim crudelissimorum hostiuz iniuriis/
Turcarumq̄ contumeliis/partim temeritate &

A

negligētia superiorū principum / amisit fides no-
stra tum auctoritatis / tum dignitatis tm̄ uideris
tu breui tpe referre Reip. posse. Si q̄tum in te po-
testatis fortuna esse uoluit tantū tu studii impē-
dere in cōem salutē institueris . Ac nos, quidem
cum bellicorū operum tuorū monumenta intue-
mur / plane intelligimus nō aliunde potuisse illa
nisi ab optimo consilio & animo maximo p̄fici
sci: quia. n. rerum gerendarū origo ab interiori-
bus fontibus prudētiae deducta ē. Iccirco neces-
se est: ut q̄d egregie gestuz sit / antea fuerit p̄clare
cogitatū: cū uero animi tui p̄stantiaz & magnitu-
dinem tenemus / certā in spē ducimur: tanto ma-
iore laude tuēdæ religionis tibi p̄posita / q̄to illu-
strius ē publicæ utilitati cōsulere magnuz regē q̄
priuatæ / te nō minora dehinc tuæ pietatis pigno-
ra Reip. daturū / q̄ antehac dederis fortitudinis.
Neq; huic nr̄æ opiniōi atq; sentētiae humana tm̄
cōsilia adstipulant̄: sed multo magis diuino nu-
mine erecti & cōfirmati sumus . Quis. n. animū
referens ad ea bella quæ gessisti / uictoriasq; q̄s es
adeptus / tuamq; in illis nō soluz admistrandis
uim animi atq; fiduciā: sed et in conficiēdis celeri-
tatem cogitans nō intelligat deorū immortaliz
nutu ac uolūtate ad functionē pulcherrimi ope-
ris te & uocatum & istructum esse ut sis sanctæ

christianæ religionis speratus ille diuq; exopta
 tus uotis oïum cū auctor resurgētis tū ultor uio
 latae atq; punitor: cū illi omnibus cœlestibus bñ
 ficiis in te cōferendis nō solū te ornasse ad tuam
 laudē decorandam: sed et armasse ad suam religi
 onem defendēdam iudicio ac liberalitate sua ui
 deantur: Q d' si in hoïum uita atq; uictu: & i ea
 societate cōi q̄ cognationis quasi uinculis q̄bus
 dam & naturali ipso iure cōtinetur: ii præcipue
 existimant' officii retinētes hoïes: omniūq; beni
 uolētia digni: qui accepti bñficii memores quā
 possunt auctōribus suorū cōmodorū alacri aīo
 grām p̄soluunt. Quanto tandē te studio q̄ta ala
 critate decet sūmi ac p̄potētis dei & bñficia agno
 scere p̄ prudentiā & grām referre meritis p̄ pie
 tatem: p̄sertim cum quid ille abste repetat: quoq;
 operā tuam flagitet prope uoce testetur: clara. n.
 hæc est dei imortalis uox & oratio: suos a te ho
 stes se uinci uelle & deprimi cū tuos tibi ut supe
 rares cōcesserit: nec est ulla insignior appellatio
 pietatis atq; officii q̄ declarare bñficio cuiusmōi
 reposcas grām. q̄ obrē ille regū dñs cōstitutorq;
 principū deus: cuius benignitatē & tu sensisti &
 cæteri p̄ te expectāt/ cū suo quodā diuino occul
 toq; iudicio quo nos cogitatiōe aspirare nō pos
 sumus, tibi āplissimos fines: tibi innumerabiles po

A ii

pulos / tibi regna tibi laudem uictoriam trium-
phumq; contulit / non tibi profecto soli ista de-
tulit / sed etiam reip. nec uno in homine finē be-
neficiorum suorum cōstituit / sed per unum ho-
minem statuit ubertatem cœlestis beneficentiæ
in uniuersos homines infundi oportere. Ergo
& hæc tibi Ludouice pro maiestate & amplitudi-
ne tua Christianæ fidei suscipienda propugna-
tio est: & illud enixe contendendum ut in maxi-
mis rebus aggrediendis ac perficiendis / dignus
& salutis hominum auctor / & diuinæ liberalita-
tis minister esse uideare. Nobis porro qui tot iā
annis in summa desperatione omnium rerū ita
iacuimus / ut offusa nostris mentibus sempiter-
na nox uideretur / hæc primum e cœlo spes bo-
næ salutis illuxit / quaz iidem dii immortales in
te nobis propositam esse uoluerunt / ob quā ere-
cti atq; excitati / te melioris fortunæ quasi signū
extollente nos metipfos / res rationesq; nostras
omnemq; spē incolumitatis ac salutis in tua uni-
us uirtute fiximus ac locauimus. Tantam enim
animi magnitudinem / tam insignem admirabi-
lemq; prudentiam / tantos ac tam p̄speros fortu-
næ & inauditæ felicitatis cursus: certe ad utilita-
tem publicam incitatos esse arbitramur: nec per-
suadere nobis possumus nec aliter sc̄tire atq; exi-

stimare cum in rebus inchoandis tantam laudē
 assecutus sis / quantam omnes gentes cōmemo-
 rando celebrare non desinunt te ad ea q̄ restant
 longe maiora ac uberiora non eādē tuam illaz
 uim uirtutis & sapientiæ esse cōuersurum . Atq;
 hæc nostra cupiditas & expectatio ut tibi opes
 tuas cum fortunæ tum consilii atq; auctoritatis
 in salutem Reip. collocare libeat / & si plurimum
 nostris rationibus accōmodata est / quibus opta-
 bile est / diuq; uotis ac precibus efflagitatum ali-
 quando tandem a continuis periculis detrimen-
 tisque conuiuiescere: tamen non minus perspicua
 habet in se se testimonia cōmunis in te amoris /
 & iudicii / q̄ desideria salutis . Quid enim aliud ē
 optādo diligere ex omnibus unum a quo te uel
 ornari uel conseruari cupias / q̄ illius quem deli-
 gas & gloriæ fauere / & de uirtute præclate existi-
 mare: At qui hæc sententia omnium ac uolun-
 tas si tibi honorifica est / pertinetq; ad laudem tu-
 am / teq; in excelsissimo loco auctoritatis atq; exi-
 stimationis cōmuni opinione statuit: est profe-
 cto & tuæ humanitatis hominū studiosissimo /
 rum tuiq; amantissimorū salutem conseruandaz
 suscipere / & summæ uirtutis præstantisq; sapi-
 entię / iudicia omnium gentiū quæ maxima de
 te ornatissimaq; sunt facta / turcis frangēdis atq;

maxima de te ornatissimaque sunt facta / turcis frā
gendis atque a ceruicibus Reip. summouēdis san
ctissimoque bello pro cōmuni religione suscipien
do comprobare: ut illi qui te ad tantam laudem
flagitant: nec repudiati in beniuolētia nec dece
pti in iudicio eē uideantur. Quāquidē huius
de te opinionis non nos soli participes sumus:
nec proprium nostrū est hoc iudicium / sed no
bis cum ipsis hostibus cōe: non. n. minus uere
& grauius illi de te iudicant / quā nos iudicemus:
nec tua ista imperii & auctoritatis āplificatio ma
iorem nobis læticiā attulit / quā illis formidinem:
ac illi metu nunc perterriti atque exanimati rumo
re tui nominis tot uictoriis illustri ad extremas
nationes peruagato / cum ita reformident ad
uentum tuū ut ad omnem mentionem tui per
horrescant / id profecto facere existimandi sunt /
quod in tali re atque periculo fieri passim solet / ut
ante deorum suorum imagines: quos illi per
uerse admodum & superstitioso ritu colunt:
procumbant supplices / precibus obtestentur
impenseque obsecrent quo tu ab huiusmodi
præclara uoluntate abducere: Quod si tu in
medio cursu felicitatis ac uictoriarum iam usque
eo progressus / unde promptum atque expeditum
iter est ad peragenda quæ restant / & ea quidem

uberiora ad gloriam: ad opus uero & laborē le-
 uiora/repente cōstiteris/te represseris/tantamq̃
 lucez dignitatis/amplitudinis/& ipsius ut ita dī
 cam immortalitatis aut non aspexeris propositā
 aut reliqueris ultro atq; contempseris se se offerē
 tem/nimirum id quod cuz nostra tum uero ho
 noris tui abominamur causa & hostibus tuis in
 festissimis insperatā læticiam/& sociis amantissi/
 mis inopinatam calamitatez importaueris:Itaq;
 illi frustra se p̃timuisse/falso de te iudicasse se ar/
 bitrabuntur/inanemq; suam de tua uirtute opi/
 nionem irridebunt/iactationibus efferentur la/
 psam & quasi ruinam laudis auctoritatisc; tuæ/
 suæ auctoritati existimatiōiq; fortitudinis ascri/
 bent: impunitatemq; sibi preteritarum iniuriarū
 non solum donatam putabant: sed etiam licen
 tiam nouarum: nos uero quorum erat saluti &
 fortunis per te consulendum omni spe orbatī
 desolatiq; auxilio miserabimur grauiter condi/
 tionem nostram: perpetuoq; lamētābimur. plus
 illorum ad muta & irrita Deorum simulachra/
 supersticiosas præces: q̃ nostras ueras lachry/
 mas:iustosq; dolores apud Dei omnipotentis
 animum ualuisse:& cum ipsorū illis Dii propi/
 tii eē nō possint:eū regē qui nobis possit q; in
 nra spe & salute retinēda. uicariā p̃pmodū hēat

Dei immortalis potestatem: pro hostiuz potius
uotis contra dignitatē suam/ q̄ pro salute socio/
ruz ex amplitudinis suæ gloria egisse. Quod eo
etiam erit indignius ferendum/ q̄ illorum uota
nihil aliud spectant. q̄ facultatem inferendæ no
bis iniuriæ ac calamitatis: nostra ad unam ratio
nem intenta sunt recuperandæ honestatis. Qua
propter est hoc omnino tua maiestare dignum/
hoc debitum excellentiæ tuæ/ hoc proprium tã/
ti regis. hoc & iis rebus quas gessisti & ei expe/
ctationi quam concitasti imprimis consentane/
um ut te in huius præstantissimi facti cogitatio
nem dedas/ turcarumq; imperium qd' nostra cū
pernicie & Christianæ religionis/ unde tu cla/
rissimum cognomen accepisti labe atq; ignomi
niauētum adhuc & cumulatum est/ tollenduz
funditus atq; extinguendum tuæ uirtuti felici/
tatiq; assumes. Nam qd' aliud munus est regnā
di/ q̄ in his rebus meditandis & gerendis quæ
Rempubicam utilitate beneficioq; comprehen
dant & alienæ cōmoditati elaborare & suæ lau/
di. Sane est hoc ita agnatum regibus & quodā/
modo affixum ut qui ab hac præclarissima mē/
te defciuerunt/ neq; nomen regium/ neq; digni/
tatem unq̄ potuerint sustinere: sed falso quidez
usurpauerunt regum & principum nomen/ rem

autem ipsam repudiarunt penitus atq; contem-
 pserunt. Magna est species / magna grauitas / ma-
 gna maiestas principatus: quam qui nō in pur-
 pura non in opibus / non in insignibus & comi-
 tatu / sed in uirtute / sed in iustitia / s; in animi ma-
 gnitudine / sed in sapientia positam esse putaue-
 runt / ii reuera principes / neq; hoc tm̄ sed optimi
 & clarissimi principes fuerunt: qui ad cōmodita-
 tem eorum qui suæ fidei cōmissi cōcreditiq; eēt
 tuendam: & ad cōmunem generis humani utili-
 tatem procurandam se esse natos existimauerūt:
 qui ita constituerunt: propterea quidez q; impe-
 rium nihil aliud intelligebant esse nisi curā alie-
 næ salutis / exercitationem propriæ uirtutis / stu-
 dium cōmodi publici / negligentiam priuati / se
 potestatem quamdam ad dei similitudinē inuen-
 tam obtinere: idq; operis sibi incumbere: ut ge-
 neri humano benefici imprimis & salutare re-
 perirentur. Quo etiam eorū est nomē magis ab
 omni memoria detestandum: qui in tam celsuz
 gradum honoris sublatis. potestate quaz habue-
 runt nō ad ullam illustrem rationem sed ad pri-
 uatos questus & libidines sunt abusi: horum ni-
 mirum scelere atq; importunitate nos afflictos
 & perditos / pluresq; a gremio sanctæ religionis
 prouincias dolemus esse distractas: Sed illi qui

B

in flagitiis atq; in omni libidinū genere suis eu/
piditatibus morē gerere studuerūt/ ab eis rebus
quas tantopere amplexi fuerant/ direpti morte/
atq; diuulsi æternis nunc & meritis suppliciiis ex
ercetur nos uero eorū culpa in extremū discrimē
adducti hoc maiore sollicitudine aī & labore: tu
am & fidem & diligētiam imploramus: ut labo/
ranti christianæ reip. subuenias superiorūq; tem/
poruz ruinas tua uirtute & pietate fulcias aī quo
uide quam in opiniōem de te discesserimus: ma
gnū uere iudicamus regē qui subditorū suorū
saluti consulit: estq; hoc ita pprium regis: ut si/
ne eo nec munus regale nec officiū cōstet: igitur
cū te ad orbis terræ uniuersi salutē deposcimus:
quæ recta religione cōicanda uictis ac uictori/
bus futura una & eadē est: cum inq; te ad hanc rē
tantam gloriæ celebritatiq; plenissimā idoneus
putamus: nōne dignum qui omnibus gētibus
īperes arbitramur: Enī uero ex tuis rebus gestis
multa habuimus ī te ipso uirtutū documēta ma
ximorū: nā & prudētiam in consiliis: & fortitudi/
nē in piculis tuā cognouimus & uehementiā in
agēdo: celeritatē in conficiēdo: clementiā in igno
scēdo q̄ sunt oēs impatoriæ uirtutes maximi du
cis ppriæ bellicæq; laudis & uictoriæ comites:
q̄bus cōdoceimus te ad scētissimi belli quo te ad

hortamur expeditionē copiis & oī facultatis ge-
 nere eē instructissimū: sed una eius rei uolūtas ac
 deliberatio te regē oīum præstantissimū declara-
 tura est: hoc unū ad sūmam amplitudinē nomi-
 nis tui reliquū est: hic restat actus in quo oēs q̄/
 dem elaborare debēt qui in regnis & impiis sūt.
 Sz tu imprimis ac uehemētissime: qui cognomē
 xpianissimi a maioribus omniū quæ unq̄ uirtū
 cuiusq̄ aut fama appetiuit: maximū clarissimūq̄
 obtinuiſti: nā regem quidē eē humanæ dignita-
 tis est xpianissimum uero diuini honoris: & in
 utroq̄ tñ christianæ reip. curā & quasi pcuratio-
 nem cernimus tibi eē commissam: ex quo intel-
 ligi licet quo te res ipsa quo fortunæ fauor quo
 merita deorū quo singularis illa nobis p̄specta
 maximis in rebus et in admiratiōe habita aī tui
 magnitudo uocet: cū q̄le munus tibi et cuiusmo-
 di exercitatio suscipiēda sit noībus ipsis commo-
 neare: q̄ si illi q̄ tecū aliis rōnibus cōiuncti & iu-
 ris & religiōis & q̄nq̄ societatis: hac una tñmō-
 cā: atq̄ hoc iustissimi belli p̄textu q̄ nimis cupi-
 ditate ī aliēos fines īminere uidebāt̄ uicti a bste
 atq̄ redomiti: nihil aliud appetierūt nisi ut potē-
 tiā tuā īfringerēt: terminisq̄ ipii tui sūmouēdis
 suos ipi ut pmouerent: fidē autem & religionez
 nec offensam unquā nec uiolatam eē uoluerūt:

quos tu tñ nō solum uī atq; armis: sed felicitate
& deorum immortalium nutu ab imperio & de
auctoritate pristina depulisti. Quid tādē tibi
suscipiēdum animi est aduersus eos/ qui natura
barbari/ feritate crudeles/ scelere impii & tibi &
nobis & uniuerso nomini Christiano sempiter
ni hostes extiterunt: qui fidem sanctissimā/ qui
diuinam religionem/ qui illam alteram partem
tuā amplissimæ dignitatis/ quæ quidē & ad ue
ritatem potior est & ad cōmemorationem famæ
certe gloriosior/ quā tu Christianitatis nomine
consecutus es/ fedarunt/ diripuerunt/ omni sem
per īmanitate & inaudito furore lacerarūt. Pro
fecto si fuit magni Ducis eos qui arma cōtra fer
rent/ uirtute & cōsilio & militari robore retudis
se/ est optimi medius fidius & Christianissimi
Regis/ quæ tua maior atq; illustrior laus est no
men sanctissimæ religiōis: salutem populi fide
lis contra nefarios hostes defendendam recipe
re: neq; cōmittere ut hæc orbis terræ spes & ex
pectatio: quā incredibilis omnium erga te beni
uolentia aluit/ tuæ uirtutis opinio confirmauit
deorum eximia aduersum te beneficia corrobo
rauerūt: ratio & necessitas reip. sustentat: frustra
esse cōmota uideatur. Ac mihi quidem ad initia
generis tui præclara sane atq; illustria animum

& cogitationes meas referenti uidentur maiores
 illi tui qui primi regnum galliæ sua uirtute con
 stitutum posteris tradiderunt: hac una re potissi
 mum/ q̄ fidem Christi cupidissime ac religiosis
 sime acceptam per finitimas nationes propagare
 sunt nixi. auctoritatem sibi & firmamentum ac
 robur imperio comparasse: quorum pipini duo
 & interiectus inter hosce Karolus martellus Pi
 pini primi filius posterioris pater/ cum etiam tū
 barbaris & idolatris redundaret Gallia/ Germa
 niæq; magna pars auersa a religione fidei nomē nō
 solum odio sed etiaz armis persequeretur in hac
 una cura omnes & uirtutem & uim sapientiae suae
 posuerunt/ ut superstitione omni ex eis regionibus
 extirpata/ uerus dei cultus ubiq; cōfereret:
 Itaq; germani ab illis domiti/ phrixōes subacti/
 saxones in fidem recepti. Quae itegrae & ualidae
 nationes/ iugum idem & uestri imperii & sanctae
 religionis una subierunt: ex quo profecto intel
 ligere possumus quantaz illis gloriam uictoria
 dederit cum uictis calamitas attulerit salutē: Ka
 roli autem magni summam/ inauditam incredi
 bilem/ ac pene diuinam animi magnitudinem/
 pietatem/ uirtutem/ quibus adhuc laudibus ce
 lebramus/ quo honore prosequimur/ qua beni
 uolentia complectimur: qui cū multa bella ges/

fisset partim tuëdorum finium causa / partim in-
ductus ppagandi impii cupiditate quæ plerūq;
excellētibus animis inata ē: habuit in cæteris cāz
uel iustam uel necessariā: quæ uero pro rep. chri-
stiana gessit / sarracenis qui latissime se effuderāt
ultra bethin sūmotis: hispanis ad fidē adductis /
Saxōibus nō minus religione q̄ armis subactis
in tanta sunt gloria: ut illius nomē charissimum
nulla unq̄ ex aīs hoīuz deletura sit obliuio: nul-
la diuturnitas illius laudes oblitteratura / nulliq;
unq̄ uox illius clarissimas uirtutes sit tacitura:
q̄ si illi domesticis semp̄ seditionibus impliciti /
bellūq; intra fines perpetuū gerētes: tm̄ tamē uir-
tute & diligentia pfecerunt: ut idē terminus eēt
eorū propemodū & noīs & impii: ut nusq̄ arma
mouerint: un̄ uictoriā nō reportarint: nullā gē-
tem uicerint quā non & clemētia sua & ueritatis
doctrina cōseruauerint. Quid tandē est abs te re-
quirendū: qui cū uirtute illis ut speramus par:
tum uero opportunitate certe es superior: illi. n. re-
gno cōstituendo: finitimisq; nationibus adiūgē-
dis tanq̄ gradus tibi cōstruxisse uidētur: quib;
te nūc in cœlū possis attollere: An uero tibi nō
dispar longeq; dissimilis horū ipsorum uidetur
quos mō nominauimus fortuna: atq; aliorū cō-
ditio galliæ regū: qui nequaq; sibi in simili lau-

de elaborandū eē putauerunt: intuere paulisper
 animo qm̄ oculis non potes longū ordinem re-
 gum eorū qui te antecesserūt: & cogitationes tu-
 as ad spacium recordandum p̄teriti t̄pis reuoca:
 nōne ipsi illi fidei ppugnatores qui reges chri-
 stianissimi non solū nomine sed etiam ueritate se
 esse uoluerunt: stare tibi uidentur in imensa diu-
 turnitate: insignes atq; cōspicui: tanq̄ ad sepiter-
 nam uirtutis & gloriæ uitam erecti: uetustate in-
 uicti: ac in dies potius magis efflorescentes: cæ-
 teris prostratis atq; abiectis: neq; solum morte
 id quod cōmunis infirmitatis est: sed etiam quæ
 inertix peculiaris poena est obliuione oppres-
 sis: mihi medius fidius uidentur illi elucere
 tanquam lumina: & cum longinquitas tempo-
 ris sensim rebus obducere obscuritatem soleat:
 omnem caliginem uetustatis clarissima luce no-
 minis sui uincere: Quos cum cæteri Reges atq;
 Principes diuerso ex genere: remotissimis in
 terris proponere sibi ad exemplum rerum be-
 ne gerendarum soliti sint: tu domesticis ex-
 emplis non accendare? Non foret hoc animi:
 non ingenii tui: ne nostræ quidem spei atque
 opinionis quam de tua Sapientia concepimus:
 Illud potius tuæ & eximix uirtutis: & excel-
 lentis animi magnitudinis efficere: ut cum illi

in maximis difficultatibus/regno nouiter insti-
tuto/finitimis omnibus ad arma contra eos eū/
tibus/tantū labore & diligentia enixi sint/ut la-
tissime fines & imperii & religiōis extenderint:
tu in summa rerum quæ ad hoc bellum ido-
neæ sunt facultate & copia/in amplissima aucto-
ritate/in robore exercitus inuicti/tot & tam ma-
gnas opportunitates tāta uirtute excipias/ut illi
minus multo præ te uirtute q̄ occasione ualuis-
se uideātur. Nam quid ego de cæteris dicam ex
eadem uel familia uel patria maioribus tuis: tu
lit enim: tulit hæc terra duces plurimos cum ex
bellicis laudibus illustres: tuꝝ animo in religio-
nem præstantes/ nonne karolus tertius eodem
itinere suscepto quo maiores suos īstitisse ad sū-
mam laudem uiderat/ eorum uestigia magna cū-
cura est persecutus: cui quidem normāni gens
ferox armisq; indomita q̄ credunt deum uerū/
q̄ cognoscunt/ q̄ in spem salutis & æternitatis
eduntur in lucem atq; educantur totum acceptū
referunt: Quid illi/ qui hoc ipsum idem bellum
cuius tibi nunc & cupiditatem & uictoriam uo-
tis & desideriis nostris adoptamus/ singulari fe-
licitate & gloria confecerunt: Gothifredus/ Bal-
duinus/ Vgo/ Roberti duo/ qua tandem in cele-
britate famæ: & q̄ grata cōmemoratione omniū

gētium uersantur? Quos cum neq; regnum ob-
 tenerent/neq; summam haberent potestatem:ta-
 men in sanctissimam expeditionem proficiscen-
 tes/innumerabilis ex gallia multitudo fortium
 uiroꝝ consecuta est:atq; illi signis aliquotiens
 collatis/maximis exercitibus aduersariorū fufis
 atq; fugatis:urbibus munitissimis expugnatis:
 omnia abosphoro & propontide ad usq; Aegy-
 ptum armis perdomuerunt:cum eorū uirtutem
 coelestibus præsiidiis armataꝝ nulla hostium te-
 la/nullæ obiectæ altitudines/nulla uis opposita
 retardare potuisset. Itaq; illorum tūc opera & re-
 gnum hierosolymis constitutum est/& barbaræ
 nationes edoctæ nobis ad hostes retundendos/
 uiolatamq; religionem persequendam/nō uim-
 plerunq; aut facultatem sed curam abesse:q; gra-
 uissimis intra nos dissensionibus distracti teme-
 ritati potius & iracundiæ q̄ sanis consiliis adhæ-
 remus. Neq; hoc barbarorum fefellit astutiam/
 qui uirtute nunq̄ nobiscuz/temporibus semper
 pugnauerūt:nam tum pulsī pene omni Asia ali-
 quot quieuerē ānos dum nos ad nostram amē-
 tiam & fatalem quasi calamitatem rediremus:cu-
 ius mali simulatq; signum a nobis cecinit/conti-
 nuo in nostras seditiones ac discordias impetus
 ab illis factus ē. Quā in clade periculoq; nostro/

C

782
ruz/ duo maximi fortissimiq; galliæ reges diuer
sis tamen temporibus laboranti in his locis po
pulo christiano succurrere sunt conati . Philip
pus/ & his qui ob eximias dotes fidei/ pietatis/
continentiæ in diuorum numero relatus est Lu
douicus sanctus/ cuius quidem laus hæc ppria
est/ q; in asia primuz/ mox in africa/ barbaris atq;
infidelibus bello consecrandis integram cõsum
psit ætatem: uere magnus ille rex. qui semper &
regiæ dignitatis officia & Dei ïmortalis benefi
cia ante oculos proposita habuit: uere ad homi
num salutem natus & tutelam/ qui cum eas con
tentiones refugit: quæ ad christianorũ perniciẽ
tum ea bella suscepit quæ ad hostium etiam libe
rationẽ pertinerent: merito igitur ille ac iure op
timo felix & fortunatus/ cuius ïter homines no
men/ in cœlo spiritum ad æternitatez uitæ cerni
mus consecratũ. Porro autem te ipsum tantæ cir
cumstant nocte & interdium maiorum tuorũ au
ctoritates/ ut domesticæ laudis recordationem
intermittere non queas: his tu exemplis: his do
cumentis præstantissimæ uirtutis: quæ domi ti
bi nata sunt/ omnibus quidem proposita ad imi
tandũ/ tibi uero uni insita ac penitus affixa/ atq;
ab his initiis generis/ uirtutis/ dignitatis/ poten
tiæ: qd nam tandem appetere fastigium gloriæ

debes / tanto altiore ex fortuna cum illi aliquāto
inferiore ex loco ad summam laudem nihilomi-
nus contenderint. At enim bellum graue est &
periculosum hostesq; ii qui & manu & copiis &
omni apparatu bellico maxime sint formidabi-
les. Primum si ita esset / quod est longe secus tñ
esset magni regis non aduersariorum potentia
deterreri: sed uirtuti suæ confidere: tantoq; maio-
re cupiditate incendi ad inferendū bellum quan-
to esset uictoria potentissimis hostibus deuictis
futura illustrior. Deinde ne hoc quidem spectā-
dum semper est / ut ne potentioribus bello lacef-
sendis in discrimen status & salutis nos met ip-
sos conuiciamus. Et enim si hoc cautum perpe-
tuo atq; obseruatū fuisset: nunq; neq; magna im-
peria cōcidissent: neq; multæ resp. ab exiguis in-
firmisq; principiis ad summam amplitudinē fu-
issent elatae. Sed homines animo ualentes confi-
lio prouidi cum hoc animaduertēt omnis res
humanas cū infirmas & instabiles / tum præcipue
regna atq; imperia assiduis cōuersionibus & cre-
bris fortunæ uarietatibus esse obnoxia: sæpenu-
mero p. augēda ul' cōseruāda dignitate picula ad-
eūda sibi putauerūt. Neq; hoc turce ipsi nri æter-
ni hostes nō uiderūt q. cū priō e scythiæ tenebris
erupisset albanosq; cōtermios Ro. impii qd' ēt tū

late patebat aduētū subito oppressissent/ex eo
deinde loco assiduitate & diligentia & nostris in
tra nos dissensionibus aucupandis/latrocinādo
potiusq̄ bellando uniuersam asiam prouinciaz
occupauerunt:atq; horum ipsorū si esset/ut etiaz
dixi/non insidiis & latrocinis quēadmodum ē/
sed uirtute & uiribus exaggerata potentia/tamē
ad tuam tantam exstimationem uirtutis pertine
ret/eos appetere hostes/quos & pie laceſſere/&
cum dignitate superare posses:præsertim cū suo
ipsi exemplo te docerent/non esse in suscipiēdis
bellis alienam potentiam ptimescendam/sed su
am fortunam periclitandam. Verū ad facultatez
conficiendi negoci hoc percōmode cadit/q̄ non
ullam habent potentiā uirtute fundatam/sed tm̄
falsa opinione earum gentium quas nunq̄ maio
res nostri bellis idoneas esse iudicauerūt. Quid
eniz imbellius asia? quid illis populis mollius?
quid ad predam & direptionem expositius? qui
incurſionibus subitis atq; eo genere pugnandi:
quod fugæ magisq̄ prælii simile est/aliquid for
tasse ualent aliquando:robur autem nostrorum
exercituū/uimq; fortissimorū militum non mo
do unq̄ nō pertulerunt/sed ne expectare quidez
aut aspicere sunt passi. At quomodo tantos im
perii & fortunæ successus habuerunt? Equidez

si occultam eē dedecoris nostri causam existima
 rem/dissimularem & ipse utiq; nec in maximis
 incōmodis detrimentisq; nostris uerecundiam
 quoq; fatendi sustinerem. Sed quoniam & eius
 rei ratio ita exposita ac patens est ut celari nullo
 modo possit & ad rem maxime pertinet intelligi
 alia omnia potius/q̄ uim uirtutemq; hostiū cau
 sam nobis calamitatis fuisse: proferendum ē opi
 nor/intestinas nostras cupiditates/amentesq; di
 scordias/& hāc unam quasi fatalem nostri gene
 ris pestez/q̄ socioruz iniurias acerbiores habui
 mus semper q̄ hostium:& facultatem illis sum/
 mam inferendæ iniuriæ/& impunitatem factæ
 tribuisse. Quoquidem in malo illud tñ inest bo
 ni/q̄ id quod ad nostrum dedecus/turpissimuz
 uidetur esse/ad spem recuperandæ dignitatis est
 aptissimum. Nam si aperta hostium ui & uirtu/
 te fracti superatiq; essemus/minus quidem tur/
 piter cecidissemus/q̄. n. dubius belli mars:anci/
 pitesq; preliorum solēt eē exitus. Iccirco qui ho/
 neste calamitatem subeunt misericordia potiusq̄
 uituperatione digni iudicantur:sed in reliquiis
 retētæ honestatis omnes salutis reliquias amifif
 semus:nec solum redintegrādæ ueteris fortunæ
 spes extincta in nobis fuisset:sed etiam uitæ ob/
 tinendæ ratio funditus sublata:quis enim & ho

stium & uictorum aut fortitudinem rursus la-
cessere: aut crudelitatem effugere ualeret: Nunc
maiore in macula nostri nominis atque labe quam cul-
pa lapsi non fortuna putamur & amētia nostra
contractam / non hostiū uiribus iustam turpitu-
dinem ferimus amplius nobis ad bene sperādū
aditus est: si a socialibus inimicitis & simultati-
bus conuertere animum ad arma pro summa re-
ligione honestius tractanda uoluerimus: facilli-
mam nobis rationem refarciendæ dignitatis fo-
re. Atque hæc ut non tam uerbo posita / quam rōne fir-
mata uideātur: breuiter est quæadmodum res pro-
cesserint a nobis perstringenduz: Bizantii sedes
fuerat imperii: non dicam hoc loco quod prauo ac
pernitioso consilio illius qui urbem Romam ea
Colonia exhauferit: imperiū diuiserit: uires po-
Ro. distraxerit: unitatē & concordiam de princi-
patu sustulerit: hoc dicam cum Vrbs illa ob cre-
bras mutationes principum atque imperatorum:
intestinis seditionuz fluctibus agitaretur prope
quotidiæ / turcis occasionem inter eorum discor-
dias ad occupandā Asiam fuisse patefactam. Dis-
sensit postea Græcia a nobis: nec tū odio quo
semper illa gens nostros homines persecuta ē:
sed etiam de summa fide & religione: cum homi-
nes illi ingenii existimationis cupidi latinorum

sapiētiæ cedere: auctoritatemq; sanctæ Ro. eccle-
 siæ grauissimam habere animū non inducerent:
 itaq; hæc quoq; nobilis terrarū ps a corpore chri-
 stiani imperii abrepta atq; diuulsa est: Thracia:
 Pōtus: Maxima illirii pars: uicinæq; prouinciæ
 complures eisdem dissensionibus debilitate cuz
 qui finitimorū armis impares fuissent barbaro-
 rum auxiliis uterentur: eodem perfidiosissimorū
 hostiū iugo sunt oppressæ. Accidit. n. ut quasi
 fatali quadam uecordia obsessis eorum qui i eis
 regionibus imperitabāt animis finitimi semper
 reges dum inter se atq; hostem aliqua gens & na-
 tio intercederet: id se temporis tātisper lucriface-
 re arbitrati auersiq; penitus cæcitate & amentia/
 continente mox incendia eadem periculi flāma
 corriperentur. Restabat lumen orbis terrarū: ca-
 put omnium prouinciarum: domicilium impe-
 rii: sedes ueræ religionis italia: quæ & ipsa mul-
 titudine regulorum ac principum discordiis in-
 plures partes dissecta: q; integrum unius corpo-
 ris robur nō habebat: nephariis hostium excur-
 sionibus aliquotiens uexata est. Dicam equidē
 & dolenter dicam id quod sine magno gemitu
 animi loqui non possum: cum inter Principes
 Italiæ atque inter eos qui se suarum nationum
 Reges aut Duces appellari uolebāt: tātus uersa/

retur furor: tanta & tam acerba odia intercederēt
ut alius in aliū nō tanq̄ in sociū aut in ciuez aut
ut ex eadem lingua & genere aut deniq; tanq̄ in
hominem: sed tanq̄ in acerbissimuz & teterrimū
hostem alieni generis contrariæ religionis: dissi
milis naturæ: inhumano odio: inusitatoq; ferre
tur: neq; iræ modum ullum: neq; inimicitiarum
constitueret: eo scelus erupisse quorundā ut ad
ulciscendas finitimorū iniurias & iracundiā suā
sanguine ciuili explēdam: barbarorū christi ho/
stium auxilia aduocauerint/ & quoad eorū fuit
in prædam illis & seruitutē Italiam obiecerint:
Quid hac re crudelius & sceleratius dici aut ex/
cogitari potest: Adeo ne apud homines impios
nihil sanctum: nihil legitimum: nihil fas ualuis
se: ut quos illis natura genuit hostes/ cum eis ip
sis nefariam societate coierint: qui uero eēt plu
rimis necessitudinibus coniuncti & iuris & reli
gionis & patriæ eos interneciuorū hostiuz loco
habendos duxerint: patriamq; & suam & cōem
fidelium salutem: orbisq; terræ statum ob hanc
unam causam ut ipsi inimicorum incōmodis ui
dendo fruerentur in periculum extreme calami/
tatis adduxerint: Verum hæc quæ grauiorem
querelam desiderant in aliud tempus reiicienda
sunt. Illud autem quod fuerat nostræ orationi

propositum clarescere iam arbitror: Turcas his
 semper artibus: his insidiis ufos tantum terrarū
 Christiano nomini per discordiarum nostrarū
 occasiones interceptisse: quantum nos cupidita/
 tibus & seditionibus auersi dimisimus. Ac si di/
 ligenter rem expendere: & de eorum successibus
 uere existimare uoluerimus: reperiemus turcarū
 imperium nō ulla ipforum fortitudine propria
 non exquisitis consiliis & inaudito quodam ge/
 nere prudentiæ: non terrestribus maritimisque ui/
 ctoriis in quibus aperta & ueritate illustris uir/
 tus enituerit: sed nostris dissidiis: nris furoribus:
 nostra amentia & institutum fuisse & auctum &
 confirmatum. Quid enim illi unq̄ agere fortiter
 aut cum uirtute facere potuerunt: Qui neq; exer/
 citus habent statarios: neq; acies pedestribus co/
 piis firmas: in quibus præcipuū robur militiae
 consistit: neq; cataphractos equites: qui pro mu/
 ro in præliis esse solent ad propulsandos hostiū
 impetus: suorumq; imittendos. Sed tātum leui
 utuntur equitatu apto ad excursus si nihil obsti/
 terit: si nemo arma contra mouerit: si autem ali/
 quis fuerit obiectus terror aptiore ad fugiendū:
 ut cum in conferenda cum illis manu dubiū ue/
 hemēter sit: utrum plus periculi in fuga: an secu/
 ritatis sit in uirtute: hæc res maxime animos no/

D

178
strorum militum confirmatura in pugnando sic
fortitudinemq; excitatura: numero quidez sunt
infiniti/ sed bñ institutæ militaris disciplinæ sem/
per fuit/ qua nostri ualent plurimum/ uirtutem
intueri/ multitudinem contemnere. Quis enim
unq̄ magnus imperator ad præclaras res geren/
das: turbam hominum & multitudinem potius
q̄ robur & scientiam præliandi requisit? Atq;
hæc ita a nobis disputantur quasi ut cognosca/
mus quid illi facere potuerint: illustrius est com/
memorare quid fecerint. sic enim facilius intelli/
gemus falsam esse de illorum potentia opinio/
nem quæ ignaras mentes nonnullorum occupa/
uerit. Hic ego antiqua omnia prætermittam ea
quæ uetustioris memoriæ fuerūt: neq; illa reuo/
cabo oratione mea/ quæ maiorum tuorum lau/
dem cum exemplo pulcherrimæ uirtutis habet
coniunctam. Non narrabo hoc loco Gothifre/
dos/ Balduinos/ Ludouicos/ Philippos: non di/
cam hisce in Asiam transmittentibus/ & per oēs
orientis prouincias fidei uexilla inferentibus/
quotiescunq; signa cum turcis collata sunt/ quæ
sæpissime certe fuerūt/ quotiens urbs aliqua no/
bilis obsessa / quotiens aut in cāpis aut pro mu/
ris prælio decertatum / quotiens fractos hostes &
tandiu cæsos quoad manus nostræ sufficere ad

laborem potuerūt/cum illorum aliquos nume/
 rus non ipsorū uirtus texisset. transitum nostris
 ad Aegyptū usq; per suorum cadauera corporū
 præbuisse: hæc ego omnia prætermittam/& si q̄
 alia eiusdē modi quæ remotioris t̄p̄is sint: pauca
 t̄m recentia atq; omnibus nota commemorabo:
 quæ nuper facta sunt/quæ uel ipsi uidimus/uel
 proxima ætas sensit: clara adhuc Mathiæ Regis
 inclyti memoria extat atq; omnibus grata: qui
 cum pannoniis præesset/regnūq; obtineret: opi
 bus tenuē: copiis non ita firmum: solitudinib; 9
 prope desertum: perpetua nihilominus cuz tur/
 cis finitimis bella gessit: quoruz inimicitias usq;
 adeo appetiit ut in eis persequēdis gratam se rē
 deo facere: fidem defendere honori suo consule
 re se arbitraretur: robur autem eorūdem & auda
 ciam ita nō extimuit ut cū sexaginta milibus eq;
 tū in suū regnū qñq; ingrediētes: ipse nō āplius
 q̄ duodecim militū milia ducēs Marte collato p̄
 fligauerit: ultroq; in eorū fines sæpe intrauerit:
 oīa populationibus & rapinis īfesta reddiderit:
 qbus illi rebus territi magni atq; inuicti (ut ipsi
 aiūt) Asiæ & Thraciæ dñatores: legatos ad Ma/
 thiā regē miserūt: q̄ p̄petuā pacē ab eo & fœdus
 æternū postularēt: qui tamē re inexorata domuz
 remissi sunt: cū rex ille fortis atq; magnanimus:

dignus illo loco & nomine / bellum illud nō pe-
riculo sibi sed saluti / atq; illorum inimicitias nō
uexationem quietis suæ sed alimentum gloriæ
esse existimaret. Hic ego te Ludouice rex non so-
lum ad considerandam hostium ignauiam : sed
ad intuendam uirtutem fortissimi Regis uoco :
fuit ille tibi nomine regio par / dignitate inferior
opibus & potentia nequaq; conferendus : uirtus
porro utriusq; uestrum : maximis in rebus p̄spe-
cta & cognita : sed illius adhuc quidem ad cōmu-
nem beniuolentiam aliquāto gratior propterea
q̄ in iis rebus gerēdis uersata est : quæ ad deum /
& religionem / & salutem cunctarum gētiū perti-
nebant. Tu uicisti populos auctoritate graues /
copiis refertos / ditioe p̄pollentes / longa & diu-
turna imperii dignitate memoratos. Sed tamen
id bellū confecisti / quod exitum habuit illustrē
causam nō iucundam : quis enim unq; bono cō-
silio præditus / fidelium arma contra fideles sum-
pta cōprobauit : Et sunt tñ qñq; necessario sumē-
da : ut tibi fortassis fuerunt : neq; nos bellum su-
sceptum reprehendimus : sed de necessitate belli
conquerimur. Itaq; uirtutem & consilium & clæ-
mentiam tuam laudamus / q̄ non solum scisti uī-
cere sed etiam parcere : pietatem requirimus / hoc
est in deum gratam uoluntatem : ut cum ea quæ

ad dignitatem & cautionem tuam pertinere pu-
 tasti/ipsius dei auxilio confeceris/nunc quæ ad
 illius dignitatem amplificandam : religionemq;
 pertinent/suscipienda tibi putes:cum præsertim
 & ii hostes sint qui non sint pertimescēdi/& ille
 Rex eos sæpe uicerit/qui tibi nequaquã par ulla in
 re uel facultate habitus sit. Nam quid ego illam
 ad belgradum pannoniæ opidum contra eosdē
 barbaros nostrorum uictoriam cōmemorem? q̄
 eiusmodi fuit:ut cum de paucitate nostrorū mi-
 litum audiremus:uix credere possemus uel infir-
 mam manum aduersarioꝝ ab eis potuisse supe-
 rari:cum de infinita barbaroꝝ multitudine itelli-
 geremus/uix ullos maximos exercitus illis po-
 tuisse resistere arbitraremur:nōne tunc illius exi-
 tu prelii & nostrorum uirtus & hostiuꝝ ignauia
 demonstrata est: q̄ si occurratur illam nobis ui-
 ctoriam deorum imortalium munere fuisse do-
 natam/quorum nusq̄ ullo in prælio aut pericu-
 lo/neq; fauor apertior/neq; beniuolentia in nos
 manifestior fuit:quandoquidem inermi homi-
 ne præeūte crucis tm̄ uexillo illato atq; obiecto/
 stupefacti hostes & diuino numine attoniti sese
 in fugam & stragem præcipitauerunt:quid naꝝ
 est quod aut gratius accipere:aut libentius con-
 fiteri debeamus q̄ deos immortales qui sua ui &

potestate omnia gubernent / placatos nobis atq;
propitios ad grāciam atq; aſiam in ditionem no
ſtram redigendam ſuam opem & auxilium pol
liceri? An ſi paucorum audacia ad tam præclarū
facinus peragēdum / deorum numine inſtinctā /
īnumerabilem barbariam fundere & proſtigare
potuit / tui fortiffimi exercitus robur: legionesq;
totidē fere uictoriis quot præliis exercitate / duci
bus eiſdem diis īmortalibus / ignauiffimos ho
ſtes / magiſq; ad fugam q̄ ad pugnā paratos / fer
re uim ſuam / & grauiffimam impreſſionez ſuſti
nere pmittent? Quid illa rhodiorum uibis op
pugnatio / q̄ clara ad homines fuit / q̄ animaduer
ſa apud deos: quanta clade hoſtiuz atq; ignomi
nia notata? quæ Vrbs inuictiffima deoq; & ſan
ctæ religiōi fideliffima cum ad omnes barbariæ
fluctus tanq̄ ſcopulus oppoſita ſit: eorumq; im
manes & furibundos impetus elidat ſæpe & re
primat: non ita multis annis: maximis turcaruz
exercitibus terra mariq; obſeſſa eſt: quo quidem
in tempore tanta rhodiorum equitum uirtus: tā
ta eius populi conſtantia & fortitudo fuit: ut
cum hoſtes ter magna ui irrumperere conati eēnt:
ter eſſent repulſi atque eiecti maximo ſuorum
numero īterfecto aut capto: reliqui ſalutem ſibi

et in ſuis impetibus omnino eos p̄sumebat iuſſi

fuga
quo
min
fulg
ſtro
uuln
derit
iure
pieta
nuar
rum
loru
laud
nun
uia
qui
do /
raq;
aute
uim
ſtiu
am
diu
fort
fide

fuga quærere sint coacti: hic etiam dicent credo: quo de nostrorum laudibus detrahant/ non hominum fuisse sed Deorum illam uictoriam / q̄ fulgore insolito celitus ad confirmandos nostros apparente plæriq̄ Turcarum in acie sine uulnere/ sine sanguine/ sine ulla aperta uí conciderit/ quasi uero quicquam sit quo nos magis iure gloriari possimus: aut non ipsi citius impietatem suam nuncient / q̄ nostram laudem minuant: Nulla præstantior uirtus est q̄ quæ deorum immortalium iudicio est probata: nec ullorum laus ad celebritatem insignior q̄ quibus laudem Dii ipsi immortales tribuere. Verum nunc non de nostra laude: sed de illorum ignauia & falsa opinione fortitudinis disputamus: qui in dissensionibus nostris locum insidiando / ac latrocinando sibi inuenerunt: qui pleraq̄ omnia dolo & furto subriperunt: nunquã autem frontes nostras & nostrorum militum uim & impetum sustinuerunt: horum nos hostium huiusmodi nos Barbarorum iactantiam & minas & crudelitatem perferemus? Hos diutius insultare capitibus nris: hos agere ferre fortunas nras ab his contēni deũ ab his despici fidem ab his sanctã religionẽ lacerari patiemur?

O indignitatem non tollerandam : quid enim
minus ferri aut dissimulari potest q̄ fortes uiros
ab iertibus impugnari / sanctos a sceleratis / fide/
les a perfidis? At enim hæc nostrarum rationuz
argumenta sunt / quid? illi quod nam de se iudi
cium / & de sua uirtute fecerunt? Opera precium
est cognoscere: ut intelligamus quatum illis ter
rorem nostra arma iniectura sint / cum cognoue
rimus eos armorum fama & solo rumore nostri
exercit9 pene de ipio fuisse dpulsos. Prius ad Ita
liã nra meoria trans alpes cū exercitu accessit Ca
rolus rex ante te galliæ: accersitus ab iis qui salu
tem suam illius præsidio munitiorem fore puta
uerunt: uenit armatus: bellum plerisq; principi/
um intulit: tantos autem & tam incitados cursus
habuit uincendi / ut illum non ulla uis hostium
bellica / non rupes inuia / non munitissimæ Vr/
bes / sed oppositum mare / & alterius natura ele
menti / fluctus deniq; ipsi retardarint: quid tum
igitur quid audiebamus? Quid erat certissimis
nunciis & litteris allatum? nonne id quod etiã
nunc recordantes tantam occasionem e manib9
amissam fuisse quærimur? Regem uidelicet tur
carum metu perculsum & territum relinquendã
sibi epirum & græciam putasse: p̄sidia ex opidis
oibus deducta: copias omnes bizantium fuisse

reductas: classes ad Hellespontum adesse iussas:
 cum non iam de obsidione perferenda: aut de ul-
 la ratione resistendi: sed de fuga & traiectione in
 Asiam cogitarent. Quod indicium de illorum
 timiditate certius quærimus quàm quod ipsimet de
 se ediderunt: Illi galliæ copias: illi galliæ impe-
 tus sustinere ut possint qui fama: qui nomine:
 qui rumore appropinquantis gallici exercitus
 in fugam sunt eiectioni. An tu Carolo rege ulla re
 es inferior: num uirtute: num auctoritate: num
 felicitate: num prudentia: Ille Italiam cursu per-
 agrauit: tu imperio comprehendisti: ille resisten-
 te nemine quacunque uoluit iter fecit: tu uali-
 dissimos exercitus qui obstare conati sunt cede-
 re tibi loco coegisti: nihil ferme ille nisi fortuna
 tu pleraque assecutus es consilio: itaque illius extre-
 mi rerum exitus parum felices: tui adhuc quidem
 clari & secundi: sed si ad huius belli curam incu-
 bueris quod certo de uoluntate deorum præui-
 demus futuri etiam gloriosi: quod si regis illius ali-
 quanto inferioris aduentum uel inanem potius
 aduentus famam. Barbari hostes usque adeo exti-
 muerunt ut de relinquendo imperio cogitauerint
 tua ipsius signa qui auctoritate quidem illi po-
 tentia omnibus præstas: tuos non auditos sed ui-
 los exercitus certe non ferent. Sed quid ista repe-

E

timus: aut cur tā longe argumentamur / cū q̄tuꝛ
tu barbaris infidelibus omni facultate bellandi
præstes clarissimum documentum in manibus
habeamus: Domuisti Venetos urbem præcla-
ram atq; omnibus rebus insignem / cuius diuti-
nam potentiam magnis suffultaz copiis / omnes
miraremur profecto tam repente / tamq; præter
expectationem / unius offensione prælii in quo
abste uicti & superati sunt / concidisse / nisi eodeꝛ
tempore & de tua incredibili uirtute / & de deoꝛ
immortalium uoluntate iudicaremus . Verum
ista ciuitas grauis antea & firma / multis iam sæ-
culis cum turcis bella gessit: factum est periculū
utrorūq; potentiæ & maritimis sæpe & terrestri-
bus præliis: cum mari superiores semper Vene-
ti essent: in terra ita se gererent / ut ab illis nō uin-
cerentur: id certe inter prudētes homines & bel-
lorum gnaros constare intelligebam / nisi Vene-
ti suspicionibus distracti & finitimorū inimici-
tiis abducti ab ea cura fuissent / inq; id bellū ani-
mo integro & ab aliis occupationibus soluto in-
tendissent / facile fuisse illos ex omni contentiōe
barbaroꝛ superiores discessuros: qui tñ tuæ uir-
tuti felicitatiq; cesserunt: nec tuam tuiq; fortissi-
mi exercitus uim pferre potuerunt: turcas uero
pluribus sæpe præliis terra mariq; uicerunt: qui

si Venetis uictis abste & profligatis pares bellā
 do nō fuere / tuum ne illi ut nomen / tot uictori
 is nobile & memoratū / tuam & pntis maiestates
 & instantis uim ac grauitatē / uocem deniq; tuaz /
 uultus impetusq; tuos ut sustineant: nō est cre
 dibile / non sperandum / ne fieri quidē posse exi
 stimandum. Quæ igitur mora & cunctatio hu
 ius belli reliqua eē debet: cuius facilitatē in uin
 cendo hostium ignauia / gloriam eorū imperii la
 titudo / uictoriā tuus tibi & fortis & uictor pro
 mittit exercitus: Enimuero hæc honoris & am
 plitudinis tuæ augendæ propria sunt: quid illa
 quæ infamiæ propulsande: An grauior regi cla
 rissimo causa uideri debet ignominia uitatio / q̄
 laudis spes: Verumtñ hoc ultimo inter Turcas
 & Venetos bello / cum Veneti abste q̄ fœdere te
 cum coniuncti erant auxilium petiissent / idq; tu
 & amicitia & religioni tribuisses / classemq; om
 nibus rebus ornatam misisses: factum est in ma
 ritimo illo cursu & nauigatione uti pauca na
 ues tuorum cæterarum comitatu destitutæ & de
 relictæ / ad Lesbum appellerent: nec ita multi
 milites egressi / ad urbem antiquam & nobilem
 Mitilenas usque / q̄ nullam apertam Hosti
 um uim propter fiduciam Virtutis metuebant /
 prædando discurrerent: qua re animaduersa

hostes q̄ aduersis occurrere nō audebant/ex cir/
cumuentione & insidiis atq; ex locis superiori/
bus/qui mos semper pugnandi hostibus fuit/
incautos oppresserunt:ita fortissimi milites non
uirtute neq; aduersariorum ui sed fraude & do/
lis interfecti atq; omni immanitate sunt necati:
hic tu si publicarum iniuriarum ultor esse recu/
saueris priuatas non psequere? Hic te dolor nō
tanget:hæc te iniuria non stimulabit:ut paren
tare militibus tuis fortissimis uiris supplicio ho
stium/tuamq; offensam existimationem uendi/
care cōtendas? Nam per deos immortales quid
putas illos miseros (q̄q̄ miseri esse non possunt:
q̄ coelū sunt adepti) Verūtamē hoc uno miseriæ
& calamitatis p̄ticipes fuerunt/q̄ non ita uti de/
cebat fortes uiri a fortib; / sed ab ignauis & timi
dis strenui necabantur. Quid inquā illos putas
cum iugulum hosti dare cogerentur/cum nō so
lum ensibus & gladiis sed probris & contume/
liis omnibus impeterentur: doluisse aliud/nisi
ignominiam tuam? non mortem illi suam defle
bant/quæ pro mortali conditione uitæ æternita
tem illis esset allatura: non de exitio/non de san/
guine/non de laceratione sui corporis conque/
rebantur/quam sibi non modo toleranter feren
dam ut a fortibus/ sed etiam alacriter subeundaz

ut a christianis intelligebant: sed sui Regis maie
 statem / tuam inquā auctoritatem / splendoremq;
 nominis tui minui ea re & uiolari atq; offendi il
 lis in se acceptis contumeliis cruciabantur: hic
 unus erat gemitus: hæc una doloris uox & lamē
 tatio / quam ab illis non mortis timor / sed in su
 um Regem beniuolentia exprimeret: ita cum cæ
 teris mors summæ acerbitalis sensum afferat / mī
 lites tui mortem quidem illiusmodi optandam /
 sed labem & uituperationē nominis tui grauio
 rem sibi morte putauerunt: quorum te per fortu
 nas extremæ illæ præces & crebræ imploratiōes
 tui ad suscipiendum animum regis maximi mo
 ueāt: ut gratus in fide tuorum / in calamitate mi
 sericors in tua ipsius existimatione uindicanda
 acer esse uideare: Quid si tu tuorū id quod tamen
 in tanta clementia naturæ fieri nullo modo pōt
 misericordia non tangeris: an ne illa quidē bar
 bara insultatio hostileq; contumeliæ / animum
 tuum iusta iracundia inflāmabunt? Noli enim
 Ludouice existimare ullas in ullis dissimilib; fe
 ris tam acerbis inimicitias natura esse genitas q̄
 tibi est genus illud impium infestum atq; inimī
 cum: tum propter nobilissimum tuum hoc co
 gnomen / quod ita præ te fers: ut defensor uidea
 re eius ueræ religionis / quam ipsi auribus & ani

mis non solum respuunt/ sed etiam abominan-
tur: tum propterea q̄ potentiam tuam & formi-
datam habent & suspectam: quippe qui habere
in fati dicātur & in antiquorum uatum prædi-
ctionibus/ imperium suū a rege olim galliæ ex-
tinguendum esse: itaq; neminē peius te neq; gra-
uius oderunt: Quapropter in illo graui tuorū
casu. occasione sibi exercendæ crudelitatis obla-
ta: nihil sibi reliqui ad expromendum odiū suū
aduersus te fecerunt: cū in illis fortibus uiris mi-
litibus tuis ferro conficiendis atq; omni imma-
nitate lacerandis/ se contrucidare dignitatem tu-
am/ se abolere nomē tuum/ se galliam ipsam ma-
ctare exitio arbitrarentur: Quas tu illoꝝ tūc in
te absentem minas/ quas illusiōes fuisse putas?
est hoc oīo abiectoꝝ hoīūz metuq; pusillanimū
ut in periculis timidi sint de reliquo insolentes:
itaq; idē illi barbari qui tibi ita insultauere absen-
ti ut iactationis & insolentiæ finē nō facerent: si
modo tua signa & tuorū pilorum cuspides p̄cul
aspexerint: aut certe armorū & equum strepitum
exaudierint in fuga & in metu moderari sibi nō
poterūt. Hic tibi p̄fecto uidendū Ludouice ē: ut
labem hanc nominis tui eluas: teq; in orbis ter-
ræ opinionē uēdices: nec inuistā hanc tuæ maie-
stati uituperationē eē uelis: naz cū oīs cōtumelia

grauis: tū illa quæ p̄fertur cū uindicare possit ha-
 bet nō solū in re ipsa miserā: sed multo magis ī
 ferendo turpitudinē: uidetur. n. qui contumeliā
 patienter accipit nō solū alieno facto cōdemnari
 sed ēt iudicio suo: itaq; ingenui hoīes ac liberali
 loco orti: nullā unq; fortiorem ad excitādos ani-
 mos necessitatē q̄ metū ignominiaē putauerunt:
 unus. n. uel certe præcipuus dignitatis atq; ho-
 nestatis uindex pudor ē: quē qui diligēter tenue-
 re: ii in laude semper hoīum & in omni uirtutis
 offō excellētius sunt uersati. Iaz regiæ huius po-
 testatis atq; p̄stantiaē num quē maiorē fructū pu-
 tas: q̄ q̄ in eo loco constituta ē: ut iniuria attingi
 neq; ip̄pune uideat̄ posse uiolari: q̄ si hoīes me-
 diocri loco orti cōtumeliā oēm atq; iniuriā quo-
 cunq; mō q̄unt de fama de noīe & ab existinatōe
 sua ppulsant. Tu cuius potētiaē cognoscimus:
 cuius felicitatē miramur: cuius nomen ad socias
 nationes illustre & amplum est ad exteras terri-
 bile: quem armis: quem opibus: quem fortitu-
 dine: quem prudentia orbis xp̄iani longe prin-
 cipem oēs gentes populiq; confitentur: in quo
 ad summās res extollendo fortuna uidetur con-
 sensisse uirtuti: cuius neque uim potentissimi
 hostes: neque consilium sapientissimi sustinere
 potuerūt: tu inquam ab hac auctoritate: ab hac

amplitudine: ab hac sapiētia/ uiolatam existima/
tionem tuam: nomenq; maximi Regis in uitu/
perationem adductum/ ab ignauis & barbaris
hostibus patiēre: Adde q̄ illorum res eum sta/
tum nunc tenēt/ ut nunq̄ nec imbecilliores/ neq;
procliuiiores ad delapsum fuerint: nam & is qui
omnib; præest unus cæterisq; imperat barbaris
tyrannus/ ita senio & ualitudine cōfectus est: ut
neq; mente iam neq; animo consistat: itaq; eius
auctoritas in constitutis quidem rebus & in uete
rato more gubernandi ad homines dicto parere
solitos/ alicuius fortasse momenti est: Siquid ue
ro noui periculi & perturbationis accesserit: nec
pondus ullum prorsus nec grauitatem est habi
tura. Liberos habet/ eosq; nec numero paucos &
ætatibus firmos: quam ego rem si prudentia ad
sit & æquitas in coniunctis amore uoluntatib;
magnum imperii eorum munimentum fore nō
negem/ sed illorum hominum & generis illius
propriū semper fuit: ut quia singulares in im/
perio qui rerum potiuntur esse uolunt: id quod
antiquitus ab illis fere est usurpatū: cæteros ne/
cessarios ut quisq; sanguine coniunctissimus est
ita hostium loco ac numero habeant: eosq; qua/
cunq; uia p̄nt e medio tollendos curent. Quam
obrem ipsi iam fratres inter se exulceratis uel su/

spitiōe uel metu uel ēt cæcatis cupiditate regnā/
 di animis/ nequaq̄ fraternis uultibus atq; oculis
 intuentur: nec huic tanto eorum malo quod re
 medium adhiberi possit ullum reperitur. Quid
 enim eos in officio & pudore cōtineat: mos ne
 maiorū: at eo ipso instituti atq; formati/ uersari
 in clade & exitio p̄pinquorum: haurire sangui
 nem suorum non solum licere sibi putant uerū
 etiam oportere. An patris auctoritas & obsecra
 tio: at is fratrem germanum suum adductus ea
 dem obrectatione regni & familiari usu crude
 litatis. usq; eo persequi armis nō destitit/ quoad
 illi necessitatem attulit/ ad nos quos inimicissi
 mos atq; infestissimos sibi hostes rebatur/ exagi
 tato fraternis armis odiisq; cōfugere: cum is ho
 stiles animos placatiores sibi multo q̄ fratris fo
 re existimaret: qua in re intelleximus quanta in
 opinione apud eas gentes & auctoritate sit gal
 lia/ cum is qui prudentia & fortitudine excellere
 inter barbaros dicebat/ dignitate certe erat & no
 bilitate maximus/ cæteris principibus Christia
 nis omnibus prætermisiss/ ad unum galliæ Re
 gem se contulit: illiusq; potissimum opem & po
 tentiam implorauit: quem suis maxime sciebat
 formidini & terrori esse. At enim si hæc parum
 ualida eorū beniuolentiæ & conspirationis præ
 F

978
fidia fuerint/res eos cōmunis/& piculi salutisq;
coniūctio/discrimenq; eorum status & imperii
cōcordia atq; amicitia illigabit: qui fieri pōt: Cū
hoc ita reputent/& hāc rationem subducant bel
lo suscepto atq; contracto/siqui eoruz a nostris
partibus steterint:suaq; cum nostris arma cōso/
ciauerint: maximā illis partem dignitatis propo
sitam esse. Si uero ad unū quēuis eorum res om
nis & imperii sūma redierit:ullam iis ne fieri qui
dem spem reliquam salutis:ita quod magnum
hostibus præsidium fore uidebatur/liberum re
giorum ætas & multitudo/id contra in nra cau
sa uel p̄cipuum reperitur esse adiumentum. Reli
qui sunt prouinciarum præsides & militaribus
copiis præsfecti/homines ut barbaroruz opinio
fert/spectati bellicis in rebus. Sed si quid earum
reꝝ peritis credimus:nequaquā cæteris in hac lau
de præstantes:uerumtamē isti ipsi/ut hoīum est
genus dominandi cupidū q; perpetua imperia
non tenent/& in spem successionis liberos tolle
re gentēq; constituere non queunt/ingratis Re/
gis honoribus & beneficiis utūtur:ut coniectu
ram uehementē habeamus siqua illis ostentata
spes fuerit/perpetuandæ possessionis statusq; &
imperii in familias propagandi/esse eos & super
stitiōem suam/& præsentis fidem officii nostræ

& religioni & amicitiae posthabitueros. Quid di-
 cam de populis qui cuncta graecia atq; Asia fere
 sunt nostri: rectam enim fidem cognoscunt: di-
 uinis legibus obtemperant/ barbarorumq; & hostium
 communiu neq; imperia pati possunt propter cru-
 delitatem/ neq; commercia propter superstitionem
 ac illi incertas quasdam ante hac & nescio unde
 inuentas spes aluerunt/ recuperandae aliquando
 salutis & libertatis: ita tamen ut omnis semp su-
 as ad galliam cogitationes retulerint: galliam ut
 desideris/ galliam ut uotis/ galliam ut uoce ipsa
 & appellatione usurparint. Sciunt enim galliam
 in expeditionibus Asiaticis semper fuisse feli-
 cem: nec solum de uirtute illorum hominum sed
 etiam de opinione uirtutis apud hostes quanta
 sit intelligunt. Nunc uero hisce rebus auditis/
 & celebritate tuae uictoriae cognita: alacriore spe
 relecti atq; erecti: expectant q̄ mox de tuo ad-
 uentu ad eas nationes aliquid optati rumoris
 afferatur. Cupiunt enim tibi esse praesto: ope-
 ramq; suam sentiri aliquam in tanta laude cla-
 rissimi operis uolunt: neq; diffidunt singulare
 tuam uirtutem quae in his rebus quae ad forti-
 tudinem pertinent egregia de se documenta pra-
 buerit / in eas deinceps ad pietatem & religionem
 spectant maiore cum Gloria se daturam.

Atq; his tot hostium incōmodis & quasi uulne
ribus eorum reip. adhuc secundæ res obtentui
mirum immodum fuerunt: q̄ enim aduersarios
non habuerunt: neq; in certamen de impio sunt
adducti. iccirco minus contrectari a nobis illo
rum ulcera & læsæ partes cognosci potuerunt.
Sed ut in corpore humano si sanitas & recta ua
litudō adsit/ membrorum uitia dissimulant̄ fa
cile atq; occultantur/ si autem morbus inuaserit
singulæ quoq; affectæ suo loco respondent par
tes: siquid luxatum fuerit: siquid contortum: si
quid aliqua re aut ratione læsum: sic si qđ incen
dium in barbarorum fortunas conflatum & pe
riculum intentatum illis fuerit/ erumpent ocul
ta uitia/ nec solum uirtute nostrorū qua ipsi egēt
sed etiam domesticis malis quibus abūdant op
primuntur. Quid: illud quāti: quod & si uulgo
minus animaduersum est. In prudentium tamē
consiliis & in ipsa ueritate est positum: q̄ eorum
imperium auctum ad hunc diem atq; ita acerua
tum ut ad fastigium hæserit/ uertat iam retro &
ruina quadam cōcidat necesse est: præsertim qđ
nullos progressus uirtutis habuerit/ multos ac
magnos fortunæ & temeritatis. Nam cū illa cō
muni mortalitati lex edicta sit/ conditioq; impo
sita ut nequid omnino humanis in reb; stabile

aut perpetuū teneatur: tum ne diuturna quidem
 esse imperia queunt/ quæ non ualidis hominū
 & deorum beniuolentiæ præfidiis muniuntur.
 Opinor enim ut tectorum firma fundamenta:
 sic uirtutem ac religiōem imperiis fundamento
 esse oportere. Hostes autem ipsi utro minus ua
 leant fortassis est dubitandum/ qui neq; uirtutis
 laudem unq̄ tenuerunt/ & propter superstitionē
 Deo sunt ifesti. Quid igitur in eorum rebus fir
 mamenti qd roboris inesse potest: qui neq; con
 cordiam habent aut sapientiam principum: neq;
 fida imperia Ducum: neq; uim & uirtutem mili
 tum: neq; beniuolentiam & studia populorum:
 Dei aut immortalis iudicio & humanarum rez
 uicissitudine: ita ad occasum sunt uicini ut eorū
 uires etiam sine aduersariis infringi iam ipse per
 se ac debilitari: nec ultra in eisdem uestigiis man
 suræ uideantur. Hanc igitur occasionem tantā
 tam paratam/ tam expeditam cū tuæ uirtutis ma
 teriem Ludouice esse cupimus: utrum te ad du
 biam periculi aleam: an ad certam uictoriæ lau
 dem cohortamur: Etenim sic quæso cōsidera te/
 cum ipse & de tota ratione summam fac. Tua te
 & uirtus & fortuna in editissimo auctoritatis lo
 co ex puidencia Dei constituerunt: omniū ocu
 li in te sunt coniecti: liquido patet atq; omnib;

cōstat/ex illiusmodi potentiaē fastigio quocūq;
te miseris/nullam uim/nullas difficultates/nul/
los obiices/tibi more aut impedimento futurū:
q̄ omnia ui atq; armis prumpere paratus es/ho
stes sunt ei quos relinquere iniquū ac pestiferuz
est opprimere/non solum sanctum uerū etiam
necessarium:atq; ii ita imbecilles reuera ac in fir/
mi:ut minore aduersario casuri facile sint: Tu
in omni facultate tantus/ut grauiore longe ho
stes ualeas superare:reliqui socii atq; amici:quo
rum per te & fortunis & saluti est cōsulendum.
Vident porro omnes hoc interesse inter casum/
atq; uirtutez q̄ qui auctore casu magna assecuti
sunt/illi quæ reliqua sunt ad tuēdam uel ampli/
ficandam laudem nec cogitare sciūt propter im/
prudenciam:neq; exequi ualent p̄pter inertiam
quibus autem uirtus splendorem attribuit: iis
perfectum nihil uidetur esse/siquid etiam nunc
restat quod sit faciundū:ita tui arbitrii est/utrū
malis cunctarum gētium iudicio ea quæ hactē/
nus gessisti maxima & præclarissima per fortu/
nam tibi collata/an per uirtutē adepta existima/
ri. Quid dicam de nobis/qui q̄ te salutarem fo/
re regem credimus singulari in te beniuolentia
conflagramus: Noli enim putare Ludouice gal
licas nationes te amare teq; in oculis ferre/italas

autem in alia esse uolūtate: fuere quondā utrāq;
 gentes ut locis disiunctæ sic uolūtatibus: discrimenq;
 alpes faciebant nō minus animorū q̄ terrarum: nunc & amicitia/ & cōmerciis & legibus
 coniuncti omnes sumus: omniaq; eiusmodi discrimina sãctissimæ religiōis iugo/atq; hac una
 fide. Q̄ d̄ Deum Dei filium uenisse in terras nostræ salutis causa recepim 9/ sunt exæquata: hoc
 cœlesti uinculo illigati iter nos & uincti studiis eisdem & beniuolētia conspirauimus: quare cuz
 illum habemus uerum legitimumq; principem quocunq; ex genere sit/ quacunq; e regione/ qui
 subditorum suorū cōmodis & saluti studet/ qui populorum beniuolentia muniendū sibi regnū
 suum putat/ tum regem de cœlo missum arbitramur: qui ad tuendā religionem quæ nobis multo
 uita n̄ra ē charior & animo sit & copiis armatus. Itaq; qua patet nostra religio: qua diuina fides
 est cognita: oēs terræ: oīa maria: omnes gentes: nationes: principes: populi: ipsa ēt littora: in
 sulæ deniq; oēs tuum unius nutum intuentur: teq; ad hoc præclarissimū bellū expectant & flagitant:
 de potestate tua sciunt: de uoluntate sperant: non. n. iã ulla in te facultas externa aut fortuita
 requiritur: nō magis idoneū t̄ps optat: nō Dux præstantior ad cōmunē salutem expetitur.

Sunt ista tam largiter & in promptu ut facile appereat non humano consilio / sed diuinitus / tantas opportunitates in unum locum / in unum hominem / in unum tempus collatas fuisse. Verum hic totius rei nodus est: in hoc salus & summa Christianæ reip. consistit: ut tu eam qui potes seruare etiam uelis esse saluam. Cuius igitur opem ad tantam rem tamque difficilem obtinendam implorabimus: cuius opa utemur: quæ nobis hoc uel fortuna obtulerit: uel tempestas aduexerit: aut quæ consilia hominum expedient / ut tu ad istam uoluntatem adducare. Rem enim postulamus difficultate grauē: consuetudine inusitatā: magnitudine laboriosā: imo uero quæ nulla facilius sit nulla paratior: tui enim arbitrii est / non alieni: quæ ita ad laborem facillima est / ut tamen ad laudem sit maxima. Etenim uelle remp. seruare totius uirtutis est: posse autem fortunæ: quæ si illa quæ alienæ potestatis fuerunt: ita in te cumulata sunt & coaceruata. ut nemo te inter Christianos principes aut nobilitate sit aut auctoritate. aut latitudine regionum. aut numero populorum aut robore exercituum. aut firmitate imperii: aut denique omni copiarum genere abundantior. Tu id quod in te situm est & in tuo solo nutu positum quod totum uirtutis est & pietatis deliberationem ui

delictet & curam ac uoluntatem sanctissimi belli
 religionis causa suscipiendi non adiungas: reli-
 quasque opes tuas tot atque tantas quæ suapte natu-
 ra fugaces: lubricæ: caducæque sūt: in utilitate pu-
 blica disponendo ad æternitatē nominis tui nō
 deuincias: Equidem nihil intelligo subesse cau-
 sæ quominus studiis desideriiisque nostris uolun-
 tas tua consentiat: non enim te fugientem labo-
 ris non insolentem armorum nouimus: nō in-
 erterem: non segnem: non quietis potius & tran-
 quillitatis quæ & celebritatis & famæ appetentem:
 quæ quōdam causæ multos ab hoc illustri mu-
 nere & omni reipublicæ cura deduxerunt: sed
 fortem sed acrem: sed animi maximi: consilii sa-
 gacissimi: cuiusmodi extitere alias fortassis non
 nulli: qui egregie facti a natura ad omnē excel-
 lentiam fuissent: nisi propensa illis in deū & reli-
 gionem mens defuisset: hæc una uoluntas Cœ-
 lestibus consiliis dedita. discrimen semper fecit
 inter improbos Reges atque probos: inter fortes
 & segnes: inter graues humano generi & gratos.
 Enimuero tu cum per hosce annos toties tradu-
 ctis in Italiam legiōibus: insubres primū: dein
 Ligures: postremo qui ualidissimi florētissimi-
 que fuerūt. Venetos bello appetiisti: maximisque faci-
 noribus editis fortitudinis & sapientiæ. cisalpi-

nam galliam armis subactam ad tuum imperiū
 adiunxisti/ quid consilii aut ratiōis secutus es?
 Quæro enim hoc loco. Iniurias ne ire ultum ali
 quas uolusti: an in tuo iure armis uendicando
 tuæ etiam & posterorum tuorum securitati pro
 spicere: an imperiuz/ an qui fructus imperii ma
 ximus est comparare gloriam? Omnino uideo
 aut aliquod horum/ aut omnia tibi fuisse ppo/
 sita: atq; illud una sentio/ quæ causæ tibi huius
 belli socialis idoneæ uisæ fuerint/ eas multo iu/
 stiores esse in barbaros expeditionis. Ac de iniu
 riis quæro/ utrum maiore odio fuisse aduersum
 te putes/ eos qui & maximis abs te beneficiis af/
 fecti aliquando fuerunt/ & nōnulla ipsi in te sua
 merita queunt cōmemorare: an eos quibus cum
 tibi grauissimæ semp inimicitia/ nullæ unq; nō
 modo fœderum condiciones: sed ne induciaruz
 quidem intercesserunt: eos qui propter aduenti
 tiam uel cupiditatis causam uel suspicionis ad/
 uersarii tibi extiterunt/ an eos qui ita natura tibi
 hostes geniti sunt/ ut nulla omnino causa ad ul
 lam beniuolentiæ coniunctionem possint addu
 ci: eos qui partem aliquam tuorum finium deri
 pere uoluerunt/ quam tamen haberent ipsi non
 quā perderēt/ an eos qui ita crudelitate & sangui
 ne delectant/ ut quæcunq; de nobis ceperint nō

tueri: sed cruore & flāma delere gestiant: Deniq; eos qui semel tantummodo contra te exercitus eduxerunt/ an eos qui & classem tuam tormen/ tis/ & fortissimos milites uulneribus/ & te ipsuz contumeliis absentem appetierunt: qui in maio ribus olim tuis Asia expellendis nullam acerbī tatem odii neq; iniuriæ omiserunt: grauemq; & generi tuo & clarissimo cognomini notaz fœda tæ sanctæ religionis inusserunt/ cuius tu propri us ac legitimus defensor esse existimare: Profe cto si illoꝝ uoluntas qui tibi obesse conati sunt id quod tamen non perfecerunt: merito punien da tibi uisa est/ horum non solum uoluntatē uel efferatam potius rabiem nocendi tibi/ sed & ue teres & perpetuas illatas iniurias nō est tuæ ma iestatis relinquere impunitas. Nam de iure qui dem status & regni uendicando: quis dubitare uel minimum possit/ quin non dicam equidem iustius/ sed illustrius multo ac magnificentius/ tui iuris sit Asia q̄ Gallia cisalpina: Primū q̄ re gis christianissimi propria est earū reꝝ recupera tio/ q̄ ab hostibus xpianitatis iniq̄ssime detinen tur: Deinde q̄ Asiam bello subactā a maioribus tuis & pluris ānos obtētā atq; possessaz ad eū uē dicare ptinet potissimū/ cui hīditas nō solū gal lici ipii sz & auitæ uirtutis auctoritatisq; uenerit

ut non uana appellatione titulorum quæ quan-
doque perridicule a nonnullis iactata atque usurpata
est sed summo iure ac æquitate patrimoniū idez
tuum sit & maiorum tuorum dignitatis & uete-
ris Asiæ possessionis. quæ si in eis rebus quas ges-
sisti id caput consilii tui fuit ut uicinis grauibus
summouendis tuæ & posterorum tuorum quie-
ti tranquillitatiq; prospiceres: finibusq; tuis me-
tum alienæ seruitutis depelleres: non dico tota
ratione aberrasti. sed ad breue tempus fortassis
non nihil ad longinquuz certe parum profecisti:
Etenim si Venetis qui per te debilitati admodū
atque eneruati sunt uel crebris lacerationibus con-
sumptis uel repentino impetu oppressis. Turce
se ad te propius admouerint: locumq; sibi ali-
quem in Italia ad uexandam orbis terræ nobilif-
simam partem munierint id quod futurum om-
nino est. nisi tu illorum uigilantiam & insidio-
sos conatus tua uirtute anteuerteris / quid uen-
turum est: Non dicam Regni tui finibus: qui
quotidianis hostium incursiōibus erunt exposi-
ti: non successoribus tuis: qui nō se ornatos abs-
te beneficio: sed oppressos periculi onere arbitra-
buntur: sed omnino nomini ac memoriæ tuæ:
Qua in inuidia nomen tuum: quantis in omni-
um gentium luctibus & lamentis cōmemoratio

tui uersabitur: Quo autem dolore ardebūt ani/
 mi populorum: Cum sentient unde tutelā sibi
 ac salutem expectauerint/ inde uastitatis & mise/
 riæ causam pcessisse. Sane uniuersi siquid incō/
 modi euenerit/ quod summe Deo auerte quæso
 omen & detestare/ cum lachrymis & gemitu di/
 uinæ feueritatis acrimoniam obtestabūtur. Tu
 uero quocunq; in loco tunc fueris: plorantium
 medius fidius execrationes/ & procellas querela/
 rum ferre non poteris. Nam ante hosce annos/
 quotienscunq; barbari ad Italiam furore quodā
 & crudelitatis studio rapti sunt/ totiēs illis arma
 eorum quos tu uicisti/ & maritimæ Venetorum
 uires oppositæ obstiterunt: ut si horum cupidi/
 tas sæpe finitimis infesta/ diligētia certe nōnunq;
 salutaris Italiæ fuerit. Nunc continens imperiū
 tuū ad barbaros/ parua tantūmodo linea distin/
 guitur: nihil inter te atq; illos intercedit mediū/
 quod alicuius moræ sit aut momēti: an hoc nō
 uides: an hoc non cogitas: quod tibi non solū
 animo insitum: sed in oculis propemodum de/
 bet esse fixum: qui unq; longius se abesse a peri/
 culo arbitrati sunt/ q̄ aut græci cum ad ponti &
 Thraciæ fines a barbaris pugnaretur: aut bul/
 gari cum ad Græciæ: aut pānoniū cum inter tur/
 cas & bulgaros certamen uerteretur: At qui pro

pter eorum omnium negligentiam / & improba
spem propriae salutis alieno labore & periculo
defendendae / omnia in eandem calamitatis ruina
sunt detracta: nunc in ratione haud absimili su
mus: hoc nos etiam periculo propiores quod tunc
ad remotiorem quam gentem transitus turcis
per loca & siluis & armis impedita ui ac manu faci
endus erat: nunc una uelificatione classium: aut pau
corum dierum excursu per Istriam & carnos eque
stres barbarorum copiam ad nos uidentur peruentu
rae: quae praesertim uastandi ac depopulandi stu
dio / non minore prope celeritate in imparatos ten
dunt / quam paratos fugiant. Hoc loco oes quibus
Italiae salus & religionis dignitas cordi est tuam
Ludouice prudentiam non requirunt solum sed
etiam obtestantur: ut te in hanc curam & cogita
tionem conferas. Communis fuit nostra tuae feli
citatibus & uictoriae gratulatio: Tum propterea quod
uirtuti tuae fauimus / tum uel maxime quod te duce
& religionis signifero / in spem uenimus hone
statem pristinam recuperandi. Verum (dicam. n.
quod sentio id quod uolo in bona partem acci
pi) nisi tu uera animi magnitudine & fidei ac pi
etatis studio adductus / cursum hunc tuum uirtu
tis atque fortunae ad Asiam usque pertenderis / coele
stisque uictoriae trophea Hierosolymis in illo sa

cro atq; edito colle constitueris/nec tu regno &
 posteritati tuorum satis prospexeris/& opiniōe
 ipsi ac iudicio tuæ uirtutis nos deceptos cōque/
 remur. Est igitur sapientiæ tuæ cuz illud uidere
 Turcas qui nunc terrore tui nominis & inuicti
 gallici exercitus metu/finibus suis se continent/
 simulatq; te in diuersam curam aliquā occupati
 onem ue contuleris:cōtinuo occasionem nobis
 nocendi arrepturos:tum ne id accidere possit p
 uidere:armaq; ea:quæ ab illis i nos & caput no
 strum impendent/aduersus illos antecapere:ut
 fructus diuini beneficii tui non ad posteros tan
 tum tuos/& regni tui stabilitatez ac tutelam:sed
 in omne genus hominum gratus integerq; per
 ueniat. Iam imperii atq; gloriæ si hosce tuarum
 dimicationum fines attendisti/ea uis est eaq; na
 tura/ut alterum tibi dissuadendum non sit:alte
 rum etiam magnopere alendum ac uehemētissi/
 me corroborandum. Nam cum appetitio domi
 natus excellentibus uiris a natura ita insita sit ut
 auelli nullo mō queat/tū gloriæ cupiditas sic cū
 animi magnitudie ē cōiuncta ut q studio laudis
 nō ducunt/nullā idolē uirtutis ad maximas res
 idoneā uideātur posse retinere:Verūtñ si āplitu
 do impii te delectat/paruā ne tibi accessionē tua
 rum rerum proponimus Græciam atq; Asiam?

Quarum regionum altera propter nobilitatem quondam ingeniorum famamque sapientiae tanta etiam nunc apud doctos auctoritate est/ut maximo tibi fore ornamento tuis finibus adiecta uideatur. Alteram ob copiam rerum omnis generis quae ad usus uitae aptae accommodataeque sunt & magnitudinem uectigalium/ueteres semper Reges potentissimi que populi/uel adiungendam sibi/uel adiunctam omni studio conseruandam putauerunt. Neque enim unquam controuersia fuit: quin & cultu hominum/& frequentia ac celebritate urbium/& feracitate soli/& uectigalium copia & abundantia earum rerum omnium: quae hominum comodis importari atque exportari solitae sunt omnibus terris Asia antecelleret: eadeque praeterea tanta amplitudine est/ut dimidium orbis terrae suis spatiis comprehendere putetur/ tanta ad uincendum facilitate/ut non natiuis gentibus parata/ sed inuadentibus semper fuerit exposita. Itaque & galli antiquitus domo profecti: cum non iustis exercitibus sed tumultuaria quodammodo manu in eas terras peruenissent/ uniuersam tamen occupauerunt: pacisque conditionibus & legibus toti Asiae latis: locum sibi exuberrima copia in finibus paphlagoniae ad habitandum delegerunt: & rursus propinquiore nobis sae

cultis maiores tui clarissimi uiri gallico exercitu
 In eas oras adducto / eandem Asiam detentam a
 turcis atq; oppressam nō minus fortiter q̄ felici-
 ter sibi & fidei nostræ recuperarūt: ut utroq; ex
 facto & uetus illius terræ ad resistendum galli-
 cis copiis imbecillitas / & præsentium hostium
 ignauia demōstretur. Sunt igitur tibi ad ampli-
 ficationem imperii tui propositæ Græcia atque
 Asia: quæ ambæ regiones si uetustatem spectes
 nobilissime existunt. Si copias opulentissimæ.
 Si uero causam iuris tui in eas tractare uolueris
 iuenies utraq; ut etiam diximus proprias & tu-
 as esse / eo utiq; iure quod optimum semper fuit
 iure in quā uirtutis / iure religionis / iure hæredi-
 tatis. Nam illud quidem nequaquā dici hoc loco
 potest / quod ad causam uitandi laboris ab iner-
 tibus animis prætendi est solitum: satis tibi am-
 plos regni fines / satis iustam imperii magnitudi-
 nem esse: es tu quidem omnino & regiōum spa-
 cius & copiarum opulētia maximus ac potentis-
 simus rex / id quod ita perspicuum est: ut in ocu-
 lis omnium sit. Verūtamen celsis semper ingeni-
 is eminentibusq; animis quātæuis opum & for-
 tunarum accessiones / non tam cumuli ad præte-
 ritam potentiam fuerūt / q̄ gradus ad futuram: p̄-
 sertim si qui ex regnis & potestatibus / non impe-

H

rium ipsum finem / opus ue imperandi: sed lau-
dis & nominis celebritatem spectauerunt. Ac si
ueruz sentire uolumus / quod ego si recte animi
tui magnitudinem noui postremum a me dictū
primum tibi arbitror propositum fuisse: finis re-
rum gerendarum / totq; & tantarum quas adiisti
dimicationum non alius tibi fuit q̄ gloria: hæc
laborum tuorum solatiuz / hæc periculorum in-
citamentum fuit: hæc uirtutis maximum uerissi-
mumq; præmium. Quæ quidem ni adsit / ubi tā-
dem istuc latet præclarum atq; magnum / quod
ex regnis atq; imperiis tantopere quæredum eē
uideatur: quo per fluctum & flāmam ut aiunt
cōtendamus. Quid est aliud Sifipheo more sa-
xum tollere / q̄ in iis rebus tantum laboris pone-
re / quæ propter infirmitatem & inconstantiam
labuntur continenter & fluunt. Quis autem nō
intelligat regnorum conditionem cum semper
incertam esse / tum nullo modo constitui posse
sempiternam. Maxima olim & florentissima im-
peria quæ fuerunt / nulla iam sunt / & quæ nunc
stare pulcherrime uidentur / erit quādo nō erūt.
Nihil enim est aut manu factum / aut hominuz
consiliis diligentia ue prouisum / cui non finem
& exitium afferat aliquando temporis diuturni-
tas. Itaq; clarissimi olim reges sumniq; impera-

tores/qui in rebus gerendis non solum animo
 magno sed etiam consilio sunt uersati/cum or-
 bem terræ uictoriis & suarum uirtutum monu-
 mentis complessent. Successionem semper impe-
 rii ut incertam & caducam fortunæ dimiserunt:
 in quam uero fortuna ius non haberet: possessi-
 onem gloriæ sibi retinuerunt. Itaque illorum labo-
 res & opera periere/fama non interiit. Hunc eū-
 dem finem æternitatis te quoque Ludouice & uo-
 luisse imprimis & spectasse arbitramur. fuit enim
 hoc tuum: fuit sapientiæ tuæ: Non enim credo
 imperium ipsum nudum concupiisti quod nō
 gloriæ adsit iucunditas oneri potius & labori eē
 solet/que uoluptati: sed ab imperio uirtutis exerci-
 tationē & fructū laudis appetiisti/ quod cū ex-
 cellētium animorū propriū semper fuit/ tum tuū
 maximi ac præstantissimi esse debet: huc igitur
 si contendisti: idque potissimū a te elaboratū est.
 ut in posteritatis fama uersarere. Dii immortales que
 occasio honoris/ que gloriæ opportunitas/ que alis
 inaudita/ que nemini unquam concessa: tibi unū fato
 quodā diuino & singulari peculiariter tradita pro-
 pra tibi sese offert atque expedita. Et. n. cū illā po-
 tissimū uirtutē gloria comes sequatur/ que ita sese ex-
 ercet ac gerit/ in eoque uis suā explicat ut uniuerso
 generi humano cōmoda sit & maxime salutaris

quo opere nullum neque magnificentius nec deo
similius reperiri potest: ueteres illi ex omni anti-
quitatis memoria fortissimi duces / quod ad celebri-
tatem nominis omni studio contenderunt: par-
tim quidem quod uolebant sunt assecuti / partes
uero maximam a proposito ueræ laudis itinere
aberrauerunt. Suas. n. resp. ipso ut augetur conati
sunt id quod profecerunt: ut alienas resp. deuastarunt: at
suos ciues dignitate honestauerunt: at aliis homi-
nibus libertatem ademerunt. Ita illorum uirtus
paucis grata / pluribus incòmoda & exitiabilis
fuit. At uero tu nouo quodam ac mirabili & pr-
sus inusitato ducibus uincendi more / ad eos ho-
stes debellandos deposceris: quos si intactos re-
linquas uehementissime eis noceas. Sin autem
eos armis & uictoria domes: & spem illis & noti-
tiam sempiternæ salutis afferas: qui nisi a te læsi
fuerint: salui esse non possunt: neque ad gustum ue-
ræ felicitatis nisi ab incòmodo & calamitate per-
uenire. Atque illi qui nunc tibi & nomini tuo in-
festissimi sunt atque inimicissimi teque asprime gra-
uissimeque oderunt: antequam ulla in re uiolati per te
atque offensi sint. Iidem si mox illos uictos atque
pulsos ab imperio deturbaris: uique & metu sub-
actos de nepharia superstitione ad pietatis cul-
tum adduxeris: tuum secundum deos nomen ue-

nerabuntur: teq; æterna laude & beniuolentia p̄
dicabunt & colent: tibi gratias agere/ te salutē su
am appellare: immortalitatemq; ueræ ac beate ui
tæ ad quam per te instructi & edocti fuerint: ti
bi acceptam referre uenturis unquam tempori
bus non cessabunt. q; si uicti hoc in te animo fu
turi sunt/ quid facient uictores? Quid uel opta
ri in salute uel sperari in dignitate: uel i omni ra
tione honorum ac cōmodorum excogitari am
plum & præclarum potest: quod non iis qui te
cuz uicerint per te sit uberrime cumulatifimeq;
deferendum? Quãq; (mirum enim fuerit quod
dicam. attamē uerum) ipsa per te uictoria ius su
um incredibili quodam modo & conditionem
solitam cōmutatura est: cuius cum ea natura sit:
ut diuersarum partium alteram læticia & gratu
latione compleat. alteri pernitiem afferat & cala
mitatem/ tua ista omnibus cōmodis atq; bonis
quæ in spem & cogitationem hominum cadere
possunt/ ad tuum & tuorum arbitrium transla
tis: plus tamen aliquanto uictis contulerit: q̄ ui
ctoribus addiderit: Siquidem & gratius ad me
moriam multo est & præstantius ad salutem li
berari summo malo: q̄ secundis rebus augeri.
O admirabilem & imprimis cōmemorandam ui
ctoriæ conditionem quæ cum uictoribus sum

terror: dum formidolosa hostibus tua uirtus &
auctoritas: dum feruens amore laudis & consue-
tudine uincendi audax ac sibi fidens tuus exer-
citus: duz deniq; cursus felicitatis tuæ & celer &
secundus: An tu hostium ipsorum ratioem aliq;
habendam putas: quasi uero cū eiusmodi ad-
uersariis res nobis sit: quos ex uetustæ socia-
tis foedere in aliquam cupiditatem & iniuriā p-
lapsos ad sanitatem consilii reducere: potiusq; ar-
mis ulcisci intēdamus. Quid enim per Deos illi
nōne ei sunt qui insidiis freti & fraudibus & ma-
ioribus olī tuis Asiaz abstulerūt: & tibi occupa-
uerūt: q; nomē tuū odiis semp oībus atq; execra-
tiōib; dilacerauerūt: scīssimū uero nobilissimū
q; cognomen nouis ppetuo ignominis & acer-
bissimis iniuriis dehonestauerunt: qui fortissi-
mos milites tuos non solum uulneribus & fer-
ro: sed illusionibus & contumeliis miserum im-
modum mactauerunt: cum in illis tuam quoq;
maiestatem iugulare se & annihilare dignitatem
arbitrarētur: qui classem tuam defensoribus nu-
datam nō sine nominis tui macula atq; labe do-
mum remiserunt: qui sanctam & diuinā religio-
nem in qua omnes spem nostræ sempiternæ sa-
lutis repositam habemus inaudito furore & im-
mani quadam crudelitate uexauerunt: foedaue

runt/conculcauerunt: cum interea tot iam sæcu-
 lis illi: tot rapinis/ tot populationibus/ neq; aua-
 ritia suæ famem explere direptione fortunarum
 nostrarū: nec crudelitatis sitim sanguine nostro
 potuerint exaturare: qui Idem/ nisi per te huius/
 cemodi Hydra extincta/ & capita serpentum re-
 cisa fuerint: annoꝝ aliquot p̄cessu in tuos fines
 irrupturi sūt: teq; uel posteros tuos: uel memo-
 riam certe nominis tui/ foedum immodum habi-
 turi/ & in graue uel salutis uel laudis amittendæ
 discrimen sunt adducturi: ut præter honoris &
 dignitatis tuæ causam/ quæ in hoc præcipue cõ-
 sistit/ uti tu tantus & tanta opinione uirtutis ac
 fortitudinis rex/ cõmunem religionis causam su-
 scipias/ nominisq; tui & aplissimi cognominis
 existimationem inuiolatam esse uelis/ maiorūq;
 tuorum uestigiis consecrandis hereditatem eo-
 rum nõ minus gloriæ q̄ imperii cernas/ & in iu-
 re tuo Asiatici imperii armis repetendo/ perpetuisq;
 iniuriis p̄sequendis/ contractam iandudum no-
 mini tuo maculam eluas: præter inq̄ hãc laudis
 causam & amplitudinis: quæ semper honestis
 mētibus idonea uisa est: quã obrem labores atq;
 pericula minime uiderentur esse fugienda: neces-
 sitas tibi quoq; illa imponatur/ si incolumem re-
 gni tui statum esse uis præripere illis nocēdi oc-

igitur annis ad illam artem cogitans: **I**

192
caſionem/ & pericula inferre potiusq̄ repellere.
Atq; hæ tot & tantæ cauſæ mihi quidem ad cu-
ram & deliberationem tuam inferēdi iuſtiſſimi
belli tanti ponderis uidentur/ ut ſi in humanis
tantūmodo rationibus inſiſtere uelimus / nihil
quicq̄ ſit præterea requirendum: quibus enī cau-
ſis unq̄ permouebuntur/ qui his moti non fue-
rint/ quæ pertinent ad ſalutem: pertinent ad di-
gnitatem/ pertinent ad ſecuritatem. Verum nos
qui ſemper terrenis cœleſtia antetulimus/ & un-
de benefactis noſtris uberrima & maxima præ-
mia expectamus/ eo quoq; potiffimum conſilia
& cogitatiōes noſtras referrimus/ unam religio-
nis & gratæ in Deum uoluntatis cauſam maxie
grauem ac prorfus neceſſariam iudicandam ar-
bitramur/ cæteris dimiſſis & præ unica pietatis
ratione nullo pene in numero ductis: nā ut nul-
lus ſit honos: nullus periculi metus: nulla lau-
dis appetitio/ ut exiſtimatio contemnatur/ beni-
uolentia hominū repudietur: iudicia gentium:
tot & tam egregia de te omnia reprehendantur:
ut hæc inquam omnia p̄termittantur/ & quæ ſū-
ma ſunt ſingātur eſſe nulla. Illud quonāmodo
ferri aut per negligentiam haberi poteſt? quod
tu ſimulatq; in cœlū oculos ſuſtuleris/ & Regis
illius altiffimi diuinā erga te liberalitatem reco-
gnoueris: extēplo cogites neceſſe ē te tantis p̄pte

rea ab eo eē ornatum muneribus ut sis ad referē/
 dam illi aliquanto illustriorē & uberiorē grām/
 non solum uoluntate paratus / sed ēt oī armatus
 atq; instructus facultate. Sane sumus oēs ab illo
 reꝝ omniū capite atq; fonte ita in naturā & in lu
 cem editi: ut penes quenq; magnitudo diuini be
 neficii remunerationis locū non habeat: sed su
 mus tñ dispari cōditione atq; fortuna: neq; oībꝫ
 par atq; idē officii munus est iniunctū: cōis por
 ro sūmis ac infimīs est fides: cōis innocentia: cōe
 pietatis / integritatis / & cōtinētiae studiū. Sed ad
 has artis atq; uirtutes in quibus sese quisq; p uī
 rili sua agendis Deo gratiis uersare debet ac exer
 cere / ut imperia & opes nō necessario requirunt.
 Propterea q; sine iis partes ipsæ frugalitatis & tē
 perantiæ haberi facile pnt. Sic qbus illa ēt ultro
 sunt tributa: ii non sibi tñ probi / sed & oībus p
 terea cōmodi: nec solū quod ad ipsorū salutē pti
 neat attenti / sed ēt in eo qđ omniū saluti opus sit
 debent eē uigilātes: ut q̄tum in illis diuinæ libe
 ralitatis & beniuolentiæ redūdarit / tñ appareat
 in suos ac debitos tanq̄ altioris officii & pietatis
 gradus eē distributū. An uero tu ī memoria nō
 retines id quod ex ore tuo atq; uerbis in omnis
 terras diuulgatū cūctorum tibi studia & uota
 conciliauit? Cum ita asseuerares te inter cæteras

causas quibus bellum Venetis indicendum pu-
tares. hac potissimum adduci. q̄ his tanq̄ impedimē-
tis e medio dimotis: un̄ quieto animo finitimus
nemo & suarum rerum tranquillo propter cupi-
ditatem Venetorum esse posset/ & quodammodo
obiicibus ac repagulis sanctissimi ī Turcas bel-
li diffractis atq; reuulsis. liberos tibi & patentes
aditus in perpetuos hostes fidei & religionis eē
uelles. Quid ergo quid actum est: num surdæ
Dei uisæ sunt aures: nū tibi ille ullo in loco aut
periculo defuit: num benignitatem suam aduer-
sum te clausit quantum tu quidem ad rationem
dignitatis tuæ ausus es optare? Quid est aliud
uoti damnatum esse atq; conuictum/ q̄ propter
quam causam quid a Diis immortalibus postu-
landum duxeris: eo impetrato atq; obtento: reli-
quum te deinde cuius causa priora illa flagitata
sint/ iam diis ipsis immortalibus debere? Atque
ego non dubito quin is qui ex illis excelsis & p̄-
amplis coelestis oræ regiōibus/ omnis suæ libe-
ralitatis fontes tuis honoribus & cōmodis effu-
dit/ ab eisdem omnia illustrantibus atq; omnia
prospectantibus locis tuam nunc mentem obser-
uet: animūq; speculet/ quēadmodū in tantis coe-
lestibus beneficiis ad referendam gratiam te ge-
rere studeas: an tot diuinis mūeribus pietas tua

respondeat: nisi forte existimamus non esse deo
 nostras res curæ: id quod impium est: aut si illū
 rerum omnium factarum/ & earum quæ fiūt fa-
 ciundæ ue sunt, auctorem confitemur. euentus
 tamen bellicæ uictoriæ decusq; triumphī ab illi
 us cura & potestate seiungimus/ quæ ornamen-
 ta tanti fiunt consensione omnium ut non in cō-
 siliis hominum posita: sed in q̄dam diuina sorte
 uideantur esse constituta. Quāquam uel sine iis
 mihi in ipsam regalem fortunam & dignitatem
 animo intuenti/ in mentem uenit existimare: ne-
 minem profecto fuisse nostri generis regem: ita
 cupiditatibus obsequentem suis: sic auersum a
 religione & in omni uita crudelem ac nephariū
 qui tacitis aliquando suis cogitationib9: aut in
 somnio aliquo monitus uel periculo: cū ad hāc
 meditationem accederet quantis diuinitus orna-
 mentis honorum & imperii affectus esset: q̄ ipse
 ingratus in Deum ac cœlestis beneficentiæ ne-
 gligēs fuisset: q̄ se in fastigio excelsæ potestatis
 constituto/ illius terrestris hierosolymorū regnū
 seruire perfidis nationibus pro sua parte sineret
 quem ipse auctorem sui regni haberet: nemo in
 quam tam sæuus: tam impius: tam detestabilis
 Rex in hanc curam & cogitationem lapsus est:
 qui non exorreret animo: non cunctis artibus

682
contremisceret: Scilicet sedeat ipse in folio: sceptrumque manu teneat / auro amictus & purpura: abundet opibus / circumfluat delitiis / uoluptates undique conquirat quibus suas possit libidines explere: seque & metui uelit & ab omnibus usque quaque colli: cum interea ipse ille cuius munere haec omnia possidet / Deus sumus & omnipotens non solum ab impiis gentibus contemptus / illusus / in contumeliis habitus: sed ueterae et regno sanctae ciuitatis atque adeo orbis terrae imperio propter huiusmodi regum negligentiam spoliatus / ne sepulcrum quidem corporis sui a barbarorum spurcitia inuolatum retinuerit: Et is se regem a suis coli & salu tari uolet / qui monumentum sui & omnium regis / foedatum atque pollutum pro se pati non recusat: aut se dignum qui multis gentibus imperet arbitrabitur / cum diis ipse immortalibus nolit obtemperare: aut denique hominum merito fuerit dominus qui cupiditatum sit seruus: Quod si quis uel tanta importunitate naturae extiterit: ut cum haec uideat ipsa penitusque animo recognoscat rapi se tamen in diuersa omnia & salutis cogitationem praesentibus cupiditatibus superari permittat: uel tam duro & pessimis in rebus obfirmato corde / ut in illius pectore illabi haec cura & pietatis cogitatio penetrare ad intimas sedes animi nullo pacto queat illum illuz

ultimus uitæ dies & extremi illi iminente iã mor-
 te cruciatus aliquanto grauiores animi q̄ corpo-
 ris expectant: cū oīa uitæ commoda relinquēda
 & ad formidolosum illud tribunal adeundum:
 quo iniquos reges cætus scelerum: & horribilis
 comes male actæ uitæ penitentia metusq; infini-
 ti supplicii consequetur: quo tū uultu aderit añ
 iudicem: aut q̄ male miser trepidabit: qui coele-
 stium bñficiarū rex dum uiueret oblitus cupidi-
 tatem & uitiorū greges quos in uita carissimos
 sodales habuit: astare circū se acerrimos atq; ini-
 micissimos aduersarios tanq̄ pditione circunue-
 tus intuebitur: hiscere mediusfidius præ metu:
 & in terrore diuinæ seueritatis attollere oculos
 non audebit. q̄ si huc in tantā pœnæ ultionisq;
 formidinem rei citantur reges: qui nomen tantū
 regale nudamq; cæteris ornatibus regiã ipsã po-
 testatem tenuerunt: quid existimandum est ma-
 ximis præterea accessionibus adiunctis auctori-
 tatis: felicitatis: uictoriæ: Quo tibi Ludouice ue-
 hementer contendendum est ut cum aliis in par-
 tibus & muneribus uitæ constantiam perpetuo
 & æquitatem & clementiam & optimi regis uir-
 tutes: reliquasq; ratiōes recte & ordine admni-
 strandi imperii seruaueris: hac quoq; in causa re-
 ligionis defendendæ gratum te Deo præstes.

Cæteræ enim uirtutes suas habet unaquæq; singularisq; laudes. pietatis autem gloria completitur uniuersas: & omnem in se continet humanam dignitatem quod spectat ad diuinam: ut tibi in salute Christianæ reip. constituenda maxime sit elaborandum: ne quod in te facultatis & potentia redūdat suis partibus officii uacare uideatur. Nam quid ego dicam de occasiōe: quæ tanta est ut si nuncius aliquis delapsus e Cælo mandatum tibi coeleste attulisset capessendæ huius expeditiōis belliq; in barbaros cōmouendi nō signis certioribus atq; adeo clariore uoce nō uteretur: q̄ hæc est tā paratæ opportunitatis uox quasi imperantis Dei appellatio: uelle sese in hanc ampliandæ religionis curam te totum discedere eū tuos ipse scrupulos omnes ex animo tibi extraxerit: omnes suspitiones: omnes discordias: omnes finitimorum regum inimicitias quæ tibi cum illis accerrime intercedebant. sedauerit: omniaq; ad pacem & ad cōcordiam traduxerit: te non solum tranquillo ex omni obtrectatione domestica: sed firmissimis insuper præsidiis finitimorum munito. An tu in hac ipsa re noua mediis fidius ac mirabili imperium Dei immortalis non exaudisti: aut prouidentiam non intellexisti: Quid enim unquā tam alienum ab oīum

spe & expectatione fuit / q̄ tot potentissimos ini-
 micissimosq; inter se Reges ueteres & diuturnis
 odiis exacerbatas simultates deponere & deposue-
 runt. amicitiam et coire & societatem: coierunt:
 in cōmune consilia & rationes conferre: contu-
 lerunt: Quid tam incredibile / q̄ quas iniurias ul-
 cisci multi non cupiebant solū uerum etiam spe-
 rabant / eas derepente & nouis foederibus & libe-
 ralitati suæ remississe: ita remiserunt / ut eadem
 illæ iniuriæ causam coniunctiori necessitudini
 dedisse uideātur. Quid uero tam uel ipso rei exi-
 tu nouum uel celeritate inauditum: q̄ tot disun-
 ctos animos tam infestas inter se dissentientisq;
 uoluntates: ita subito ad unitatem reconciliatas
 fuisse: ut prius pene transactum audiretur q̄ tra-
 ctatum: sunt hæc omnia q̄q; diligentia hominū
 administra / tamen per prouidentiam Deorū con-
 stituta. q̄ si ante actis temporibus qui laborem
 huius sanctæ & memorabilis pro Deo & religi-
 one militiæ detrectabant / hac una causa inertiaz
 suam tegere nitebantur / q̄ odiis ac simultatibus
 finitimorum circumfusi liberam non haberēt bñ
 de rep. cogitandi facultatem: profecto qui hanc
 causam tanq̄ impietatis & negligentia latebram
 remouerūt / id poscere aperte Dii immortales &
 flagitare uidentur / quod quominus antea fieret

288
ea una causa allegabatur impedimento: non enim
impedientiaz qui antea impedire fortassis fuerant
parati/ sed etiam ultro ac studiosissime adiuuabunt:
Atque huius rei effectum iam cognoscimus. Sen-
tio enim ego ab ultimis terrarum finibus claris-
simum regem ita in hanc curam sanctae expedi-
tionis animo & desiderio intentum/ ut appari-
tionem belli quotidianis pene litteris & nunciis
urgere non desinat ut uirtutis laudem nullam pu-
tet nisi in qua se Deo & religioni exercuerit: quod
enim aliquot iam bella in fidei salutem confecit/ non
nullas prouincias ad christianam rem. adiunxit
gustu uerae beatitudinis semel percepto iducias
eius honestissimae cupiditatis nullas habere po-
test. Ego te ad eandem industriam & pietatem ad-
hortor & uoco/ cum Deorum beneficio florentibus
fortunis tuis nihil circumcirca sit quod suspectum
habeas. Hic ego regem neminem nominabo nisi
Caesarem: qui tibi & locis proximus/ & in hanc
expeditionem maxime potest esse utilis. Is fortissi-
mus Rex & summus imperator: qui tecum ex ma-
ximis inimicitiis in gratiam ita reconciliatus est ut
non maiores antea dissensionum causae fuerint/
quam nunc amoris & necessitudinis sint: nec pluribus
iamdudum suspicionibus animi abalienati/ quam hoc
tempore beneficiis sunt conglutinati: communica-

295
re tecum in hac laude præstantissimi facti uolet
nedū ut te ulla ex parte conetur impedire: cuius
tibi beniuolentia & coniunctio ut summo con/
silio quæsitæ est. sic constanter est retinenda. Ni
hil enim nec gratius Deo: nec ad animi fructum
& tranquillitatem hominūq; famam efficacius:
q̄ cum in magno rege & animi facultates quærā
tur & consilii/esseq; is debeat non minus lenita/
te q̄ uirtute spectandus/manfuetudinem aduer/
sum eos qui legibus & religione coniuncti sunt
exercere: uirtutis autem & potentiaē exercitatio/
nem inter ipsos hostes religionis quærere: Nec
uero absunt huic occasione: cæteræ quæ ad com/
parādos retinēdosq; exercitus copia sūt oppor/
tunæ: de qbus disputarē eqdē subtilius nisi tibi
totam eius rei descriptionem explicatam eē cōfi/
derem: nunc tm̄ id dicam: cum omnis conficien/
di & alendi exercitus ratio: & genere ipso militū
constet & facultate stipendiorū/alterā partē quæ
plus h̄re uideatur difficultatis/ quæ in ærario &
pecunia posita est. largiter tibi & a uectigalibus
tuis quæ & pro amplitudine imperii maxima sem/
per sunt: & pro ratione belli tum fient uberiora/
& decumis sacerdotiorum binis etiam ternis ue/
prout tempus ipsum postulabit: uoluntariisq;
præterea ciuitatum priuatorumq; collationibus

suppeditaturam: nam cum hoc fuerit egregium
ciuitatibus publice tali casu & apparatione san-
ctissimi belli/ cōmunem ciuium & in Deum im-
mortalem animum & in suum regem beniuolē-
tiam declarare: tum nemo erit tam auaro inge-
nio priuatus/ modo bona ad religionem mente
sit præditus: qui familiaris opes & facultates su-
as. potius suis cōmodis cōdere q̄ in fidei & salu-
tis subsidium malit depromere. Quod uero ad
milites exercitusq; ptinet: sunt tibi uictrices tuæ
legiones robustissimorū peditum quæ auspiciis
tuis exercitata/ præliisq; assuefactæ eūdem sem-
per euentum & pugnae & uictoriae cognouerūt
neq; sciunt quid sit aliud conferre signa nisi uin-
cere. sunt alæ frequentes nobilissimorū equitum
qui perpetuis stipendiis tuis sacramento obliga-
ti uirtute perficiunt: ut tua in illis retinendis li-
beralitas & prudentia cōmēdetur: erit eo tempo-
re numerus non mediocris euocatorum: ut enīz
quis animo & nobilitate præstabit: sic ad impe-
rium tuum tibi erit præsto: iubentisq; auctorida-
tem uolūate præcurret: atq; ad has militares co-
pias tui inuictissimi exercitus: quas turcæ ipi &
barbari quo pacto sustinere uel intuēdo possint
ne adhuc quidem cōminisci rationē ullam que-
unt. accedet tibi cum summa facultas delectuuz

habendorum supplementiq; instituendi ex stre-
 nuissimis maximeq; gnauis ad p̄lia gallicis na-
 tionibus: tum externa quoq; & gratuita auxilia
 conuenient fortissimorum uiroꝝ: qui quidem
 complures numero: uirtute & genere præcellen-
 tes. iam dudum in speculis sunt/ animoq; cupi-
 dissimo contemplantur/ ecquis alicunde extet q
 huiusce belli classicum aliquando canat: ecquis
 magnus Rex & imperator patrociniū salutis
 publicæ & religionis causam suscipiat: cupiunt
 enim eam uitam quam mors suspectam perpe-
 tuo & meticulosam facit/ opesq; diuino sibi be-
 neficio datas/ ac donatas impendere in utilitateꝝ
 reip. qui quod & frequentes sunt & fortitudine
 præstant nō solū numero cohortis tuas sed etiā
 uirtute uictorias adaugebunt: uel enī certo mor-
 tis periculo proposito parati sunt animo libētis-
 simo donare religioni quod omnino debent ne-
 cessitati. q; si locus in tuis castris omnes capere
 uoluntarios milites posset. Crede mihi Ludouī-
 ce id quod tamen uides ipse/ non tu multitudi-
 nem & copiam sed modum quæredolaborares:
 approperearent enim omnes undiq; qui aliquaꝝ
 animi & uirtutis possessionem retinerent: nemi-
 nem liberorum charitas/ neminem domesticum
 ocium/ neminem priuata prædia/ neminem uia

782
difficultas & labor a tam præclaro studio retar/
daret. Etenim quis unq̄ uotis/ac desiderio illuc
perueniendi suspexit in cœlum? aut quem cupi
ditas pulcherrimæ laudis assequendæ extimula
uit? Quis deniq; sūmi Dei in nīm genus merita
aduentum in terras/ortum/obitumq; hoīs facti
labores/sollicitudinesq; nostræ salutis cā suscep
tas grata & pia cogitatiōe recordatus est? Quin
hac tali opportunitate oblata occasionē sit arrep
turus & gratiæ diis īmortalibus referendæ & no
minis perpetuādi & cœli adipiscendi? Ac illud
quoq; manifestum/ad hostiū loca perueniendi
duplicez tibi itineris rōem eē propositā. Siue.n.
terra exercitū ducere institueris/tuto tibi id face
re amicissimis germaniæ ac pānoniæ regibus li
cebit. Sed erit lōgitudō eiusmodi uiæ ppter dif
ficultates terrestres aliquāto fortasse laboriosior
siue classe duxeris transmittendū/id quod pba
ri a peritis & prudentibus uideo/præsertim cuz
& maritimæ opes tuæ dominant/ & hæc quoq;
ad belli gerendi opportunitatem noualis tota ra
tio necessaria sit/promptuz tibi fuerit quodeūq;
ad littus appellere uolueris/eo in littore castris
locum munire:exploratisq; hostium cōsiliis de
cernere: Vnde potissimum exordiri bellum pla
ceat: & quamprimum in partem Virtutis tuæ

impetus immitti. Quæ tibi deliberatio / tutis a
 tergo & placatis omnibus ob foedus & ami /
 citiam coniunctissimorum Regum : aut si qui
 nunc populi tibi sunt offensiores : iis tum aut
 uirtute tua perditis : aut clæmentia conserua /
 tis / & ad beniuolentiam traductis : hoc etiam
 erit procliuior / q̄ ne suspicandum quidem est
 Hostes ipsos terra / mari ue suas tibi acies esse
 opposituros : q̄ enim copiis parum ad præli /
 andum idoneis : minime autem animi uirtute
 ualent : Iccirco nec imperium : nec salutis euen /
 tum suæ in ancipitem prælii fortunam sunt cõ /
 missuri : quod ego tibi / & militibus tuis for /
 tissimis uiris molestum fore puto . Virtutis
 enim proprium est / & fortitudinis eam appe /
 tere Victoriã / non quæ per hostium igna /
 uiam oblata : sed quæ labore uideatur esse par /
 ta . Verumtamē barbari non signis conferen /
 dis : sed itineribus tuis insidiandis : subitisc̄
 terroribus ostentandis : Eandem uiam & pe /
 riculi tui : & salutis suæ temptare aggredien /
 tur : Quorum tu fraudes / prudentia tua / in /
 cursus constantia refutabis . Qui uero nodus
 in omni peregrina militia rei frumentariæ / &
 reliquorum commeatumum : uel difficillimus uí /
 detur esse : eum tibi partim Græciæ & Thraciæ

Græciæ & Thraciæ populi expediēt/ qui imbu/
tis christiana religione animis omnes tibi futu/
ri sunt præsto. Partem uero maximam suppedi/
tante Italia: prouinciis sumministrâtibus/ classe
tua fortissima atq; instructissima legente semper
oras propinqui litoris/ exercitusq; tui uestigia
obseruante. omnium rerum copia in tuis castris
constabit. Quid dicam de sublationibus ciuita/
tuz in eis regionibus: seditiōibusq; populorū:
qui aura propinquæ libertatis a tuo exercitu eis
afflante ibunt ad arma profecto contra eos quo
rum nepharium dominatum tot iam annis per
ferre sunt subacti: ut Turcis cōsistendi nusquam
locus/ facultasq; respirâdi libera. nulla futura sit.
Vnam illis rationem resistendi in obsidionib9
perferendis uideo esse reliquam/ si neq; signa cō
ferre remq; fortunæ permittere audebunt/ quod
prope exploratum nobis est: neq; insidiis tendē
dis comeatibusq; intercludendis quicq; profici/
ent: quod nos cum ad prudentiam cōsiliū tui re/
spicimus penitus uereri desinimus. Verum in
hac ipsa re quanta illos incommoda consecutu
ra sint animaduerte: primū animos ipsi suos de/
mittent/ nostros exaugebunt. Deinde genus la
tissime uagari solitum/ qua una in re tota eorum
uirtus & disciplina militiæ cōstat/ inclusum mu

ris & pene cōstrictum ne insolitam quidem pu-
 gnandi rationem conabitur exercere: postremo
 ut & uelint ipsi & audeant insistere in mœnibus
 munitionesq; tueri/ cum paucissima habent lo-
 ca manu munita/ in quibus spem salutis suæ si
 constituerint/ de reliquis profecto desperasse in-
 telligentur: tum ne ipsa quidem illa tuorum mi-
 litum uirtutez uimq; tormentor; sustinere sunt
 idonea. Vna est urbs Constantinopolis/ quæ p-
 pter amplitudinem ciuitatis/ mœniumq; & loci
 situm/ multitudinemq; propugnatorum/ aliquã
 tum moræ & difficultatis uideatur habitura: Si
 animus uidelicet barbaris ad resistendum sup-
 peditauerit. Hic tibi inquam fortassis quid tuæ
 possint imperatoriae uirtutes fuerit experiundū
 & id tamen tuus animi ardor/ tuorum militum
 fortitudo postulatura ē. Sed ego quid plane ue-
 lim satis constitutum non habeo: optem tibi le-
 uem eius urbis expugnationem: nimium hosti-
 bus tribuere/ & tuæ uirtuti non plane uidebor
 confidere: difficilem cupiam eē & laboriosam:
 tuæ uirtutis laudem illustriorem optauero at sa-
 lutis cōis cursum retardauero. Tamen si ex ueri-
 tate res non ex fortissimorum uirorum & cupi-
 ditate pugnae flagrantium desiderio iudicanda
 est: ne eius quidem urbis oppositus celeritatem

uictoriae tuae remoraturus est. Nam cum milites
illiusmodi ex illo equestri & fugaci pugnandi ge-
nere/ minime defendendis moenibus sunt apti/
tum crebris transfugiis Ducū qui uel pristinae
religionis stimulo/ uel praesentis periculi metu
adducti extremam belli fortunam non expecta-
uerint/ & amissione omnium rerum debilitatis
remanentium animis: nec uires barbaris nec cō-
silia constabunt. Adde terrores intestinos Chri-
stianorum ciuium: quorum urbs refertissima ē/
omnia ad seditionem & tumultum uocantium.
Adde uehementissimā impressionem ingruētis
extra exercitus tui/ quae diuina ope & uirtute in-
citata/ uiam sibi latissime perruptura est: quādo
quidem etiam non dubitamus Deū omniporen-
tem astātem in illo sanctissimi laboris opere & fa-
uentem suis tonitribus de caelo si opus fuerit &
frequente fulminum iactu in illorū ora uultusq;
qui adesse in moenibus defendendī causa insti-
tuerint/ tormentorū tuorum ruinas accumulacu-
rum. Etenim si hispaniensibus bellis quae aduer-
sus mauros pro religione gesta sunt / & in illis
Belgradi/ ac Rhodiā ciuitatis oppugnationib;
praesens Dei numen affuit semper/ uictoriamq;
nostris concessit & ad oream/ num uerendum ē
ut nō adsit in illo amplissimo labore & certami/

ne/in quo summa religio & coelestis reip. digni-
 tas ueritatura est. Igitur bizantio recepta/ & hoc
 obuiice reuulso ac deiecto/ reliquus iam tibi non
 ad uincendum labor sed ad peragrandum Asiaz
 cursus superfuert. Quæ quidem prouincia nõ
 arma tibi & aduersos exercitus/ sed pōpas & cele-
 britates/ & festiuos dies aduentus tui latura ob-
 uiam est. In quo tuæ iam sapientiæ est cogitatio-
 ne antecapere illius temporis quaz fore tibi glo-
 riam & gratulationem putes. Nam si ex hac re e-
 ti uictoria qua Veneti imperio per te & ueteri for-
 tuna euerfi sūt/ tantū hilaritatis & lætitiæ ad ani-
 mum tuum peruenire sensisti/ ut tibi pulcherri-
 mus ille dies & totius uitæ fortunatissimus sit uī-
 sus/ in quo iure ipii tui armis uēdicato fortitudi-
 nis & felicitatis laudē aliq̄ meruisti / pietatis nul-
 lam. Quid tuæ spei propositum eē debet ab illa
 uictoria/ quæ tibi orbis terræ imperium/ & gra-
 tulationes omniū gentium collatura est. in qua
 uirtus tibi tua: ueraq; animi magnitudo & felix
 conscientia auctæ restitutaq; religionis: Deo de-
 niq; omnipotens & summus gratulabitur. Huc
 igitur te/ huc inq̄ te/ cum & dignitas tua/ & op-
 timi Regis munus deposcat cognomenq; chri-
 stianissimi/ cum omnium gētium desideria atq;
 uota/ cum iniuriæ hostium ueteres & acerbæ/ cū

salutis securitatisque ratio / cum ius / cum æquitas:
cum maiorum uirtutes: facta: exempla: cum im-
perii amplitudo: laudisque splendor & gloriæ: cum
imbecillitas hostium: robur tuorum exercituum oc-
casio temporum: opportunitas omnium rerum
ad orbis terræ regnum tibi & sanctissimæ fidei
subiungendū te uocet / cum denique Deus ipse imor-
talis signis / indiciis / uictoriis / imperio p̄pemo-
dum & uoce / tuam ad hoc bellū uirtutē uolunta-
temque requirat. Tu quidnā afferre cāæ in hac cu-
ra subterfugienda / & tanto deorum hominumque con-
sensu repudiando / in qua tandem latere excusa-
tione queas? An quod liberos non habes? Sic enī
iactari interdū audio) qui si adessent / impedimē-
to tibi potiusquā incitamento eēt: patria enim in-
dulgentia & charitate uictus p̄ difficiliter a tuo-
rum liberorum conspectu & cōplexu diuellerere:
nunc heres tibi quidem nō deest imperii: nomi-
nis autem tui & uirtutis heredē posteritatis me-
moriā repudiare: non est profecto sapientiæ
tuæ. An te itinerum difficultates / & tenuitas ua-
litudinis tuæ deterret? quasi uero aut tibi tanto
regi parū cōmoda leuandi laboris ratio / & fati-
gatio uix ualde molesta esse possit: aut cum per-
spiciū sit infirmitatem humani corporis fortui-
tis semper casibus & periculis obnoxiam eē / nō

magnæ uirtutis sit singularisq; prudentiæ in iis
 potissimum rebus eâ exercere: quæ cum mortem
 longissime fugant: tû uero accersunt & pariunt
 immortalitatem. Nã si te id quod tñ in magno re
 ge simile ueri nõ est tanq; perfunctû rebus apli
 simis: laboribusq; maximis: domus iã ipsa: aspe
 ctusq; tuorû: & ocium reliquæ ætatis: pax: qes:
 tranquillitasq; delectat: eisq; iucûditibus quæ
 tibi in regno tuo suppetût: cogitas eẽ contētus.
 Primû nec expectatõĩ nostræ cumulate: nec tuæ
 laudi satis adhuc fecisti: ut. n. sæpe iam diximus
 uirtus tua priuatas hæctenus utilitates persecuta
 est: nondû attingit publicas: est aut̃ summa uirtu
 tis uereq; animi magnitudinis: non tm̃ quæ p
 pria sunt attendere sed in cõmune potius confu
 lere. Deinde hæc fruédar; uoluptatû meditatio
 a nomine & laude optimi regis aborret: nõ fru
 ctus est imperii uoluptatû conquisitio non ocii
 desidia: non inertix̃ studium: non uacatio opæ
 & cessatio. Sed labor: sed splendor: sed publicæ
 salutis cura: sed exercitatio uirtutis cultusq; reli
 gionis: Ac eiusmodi quidem uoluptates: quæ
 per quietem & inertia subüciuntur fallaces peni
 tus ementitæq; sunt: quibus dolor comes est:
 quas subitum fastidiû corrumpit: quæ breuem
 habet suauitatẽ/ perpetuam poenitentia. Virtutis

autem & pietatis fructus sempiternus. q̄ si uolu-
ptatis studio tantopere duceris: num tu maiore
eius ipsius usum ulla ex re percipi putas posse q̄
ex uirtutis opibus & defensione religionis. Ete-
nim accede attende Ludouice: p̄cipe aīo ueræ uo-
luptatis gustum: quā tibi non mortalis ulla ob-
lectatio: sed instar sempiternæ in coelo beatitudi-
nis is dies expresserit/ quū tu tantis regionū spa-
tiis terra mariq; emensis/ tot urbibus & gentib; 9
in fidem receptis/ orbe terræ ad imperium tuum
adiuncto/ immortalitate cōparata/ rebus iis gestis
quas laudare pro dignitate poterit unq; nemo/
imitari ne sperabit quidem maximus oīum rex:
qui sine/ fuerint/ futuri ue sint/ in finibus ipsiis sã-
ctæ ciuitatis uestigia impones: eminentiaq; pro-
cul cæta & hierosolymor; turres aspicias. Quæ
tibi tum diuinæ species occurrent/ fidei cœlestis
qua conseruati sumus quasi in cunabula ipsa in-
tuenti: q̄ omnes præteriti labores pro nihilo in-
contentione tantæ iucunditatis æstimabuntur?
Milites porro tui quibus tum clamoribus per-
uniuersum agmē sublati Hierusalem salutaturi
quo fletu excitato Urbē sanctā sunt adoraturi?
Conflagrabit studiis. Urgebūt signiferos: in-
ferent gradum: Sua quenq; pietas suus ardor sti-
mulabit. Nihil illis lōgius uidebitur q̄ dum in

301

illis religiosissimis templis sanctissimisque delu-
bris corpora sternere / & exoptatis amplexibus /
iucundissimisque lachrymis satiare conceptam re-
ligionem animi sui possint. Tu uero inter milita-
res illas cōclamationes / & gratulantium inter se
gaudentiumque lachrymas inflexo ad sensum pieta-
tis animo inaudita quā alacritate & pio religio-
nis horrore pfundere. Quid quū circūfusus co-
rona procerū / regaliq; habitu insignis & equo /
ad portas & mœnia hierosolymorū conspicuus
accedes? Crucemq; manu inferes? Crucē / quam
nunc gemētes & p̄strati suppliciter deprecamur
ut tibi uolūtate huius belli uictoriāq; cōtribuat
tunc parto iā triūpho ouātes adorabimus: Cru-
cem inq; / quæ quondā humano generi salutē pe-
perit / tunc ipsa uicissim per te seruata uidebitur.
O felicē & semper cōmemorandū illum diē / quē
qui praesentes oculis hauserint Deorū uitā fue-
rint consecuti: O iucunditatē nō antea cognitā:
O gratulationē nō enarrādā. Quis. n. tāto inge-
nio / tāta eloquētia / q̄ explicare uerbis: atq; adeo
complecti cogitatioē q̄at celebritatē spectaculi il-
lius / quū tu armatus & uictor / nōdum absterfo
itineris puluere & sudore: neq; n. ardor tuæ cu-
piditatis siuerit / an̄ sanctissimū dñi nostri sepul-
chrū prostratus & humi hærens / amplectendo /
exosculando / pios gemitus edendo expleri neq;

ueris: cāto maior & excelsior rex / q̄to te sūmo il-
lo rege minorē profitebere. Quod tuū tunc erit
gaudiū: q̄ cōis oīum laticia: q̄tus & q̄ incredibi-
lis fluxus lachrymarū: quū infinitū amorē & be-
nivolentiā erga te / uimq; illam sūmi gaudii. aī ho-
minū cape non poterūt. En cur nos reges eē op-
tate debeamus: & cur fortunæ nō nihil deferēdū
putemus: nō uti falsas voluptates cōsectādo / q̄ra-
mus libidini p̄dam & cupiditati / sed ut ad potē-
tiā & copias magnitudine aī pietateq; adiuncta:
hos fructus ueræ iucūditatis: hæc p̄mia æterni-
tatis. uigilādo pro cōi salute & religione / laborā-
do / alte semp. spectādo cōsequamur. Nā cæteræ
qdē quæ temerariis opiniōib; alūtur humanæ
spes & sollicitudines plenæ somnii & umbrarū
simillimæ sūt: unā extat religiōis p̄curatio q̄ ad
imortalitatē adipiscendā ueritate exp̄ssa est. Atq;
ego q̄ natus ī fortuna tenui / & in his t̄pibus uer-
satus uirtuti īfestis / nec opis ī me aliqd / nec ī mea
auctoritate p̄sidiū doleo eē reip. & eo at magis q̄
ita meæ fidei sanctissimæ amore ardeo q̄ mihi sa-
lutē dedit / ut libēter gladiis uitā obtuleri / si meo
sanguine redintegrari uetus dignitas religiōis q̄at /
oīb; q̄ aliquo ī nūero eē uolūt ul' a fortuna locati
uel p̄ industriā cōstituti / ī hoc ip̄o mūere iuuādæ
religiōis magnop̄e suadeo eē elaborādū. Nō su-
p̄n in q̄o ob nōb; auim; ḡoīq; ob nōb; lox;

mus ad ocium facti: nec ad desidiā: nec nobis
 curriculū huius uitæ solutū a metu & cura ē. Sz
 oībus dies dicēda est ab illo naturæ rege: quem
 qui indulgentissimū parentē non agnoscunt se/
 uerum iudicē experiētur: nec idem tñ postulat
 ab oībus / facultatū gradus distincti sunt / operæ
 eē debent: ut tñ ab inæqualibus fortunis / æquā
 unusquisq; uoluntatē in cōionem publicæ utili/
 tatis conferat. Ac si ingeniū & lræ affuerint: co/
 hortando. Si auctoritas: admonēdo: si uis exe/
 quēdo: oībus hic p̄clarissimus labor christianæ
 reip. nauandus est: ut p̄pter quē ipsi honesti su/
 mus: p̄potentis Dei honorē potissimum habea/
 mus. Quāobrem cū hæc ita se habeant Ludouī
 ce: cuz uirtutis laus: officii ratio / pietatis meritū
 cōstare tibi melius nusq; possit q̄ in cōis salutis
 patrociniō & tutela religiōis: respice aliqñ ad te:
 & ad facultates tuas: uirtutesq; animi tui ad oīuz
 nationū desideria accōmoda. Recognosce q̄ sis:
 uñ ortus: in qua fortuna positus: quid a te p̄sta/
 ri reip. quā grāz Deo referri cōueniat. Plane uide/
 mus oēs tātis te affluere fortunæ ornāmētis: q̄ta
 nullū adhuc regē ab antiq̄tatis sæculis circūstete/
 rūt. Sz illud quoq; itelligimus nihil ī eis re ip̄a p̄/
 clarū eē atq; magnū: nisi iudiciū & sapiāz dispēsā/
 tis. q̄s aut ad res pp̄edēdas rectū cōsiliū adhibēs

uagam & inconstantem sempe / ruolucrumq; for-
tunam nō laboret neclere eis uinculis quæ ater-
na sint? Quiq; non malit his tanq̄ exterioribus
ad mniculis nixus tendere ad immortalitatem q̄
auctoritatis peculium quodāmodo & potentiaē
in breuissimos usus mortalis uitæ consumere?
An non animaduertis: quos adhuc beniuolen-
tia nra celebramus clarissimos illos ueteris me-
morix duces nequaq̄ tantis ab radicibus quātis
tu niteris: ad orbem tamen terræ suis uictoriis il-
lustrandum sola cupidine gloriae fuisse excita-
tos? Iulios: Pompeios: Scipiones: Traianos: q̄
cum nequaq̄ parem tibi cām secuti fuerint: neq;
ad coelestem finem aspirauerint: Tu tanto nobi-
liore & fini & causa nō illis par oī uirtute fueris?
Tu tam præclaram occasionem non agnosces?
Tu oīum gentiū iudicia refelles? Te tua & tuo-
rum salus: Te conscientia intimæ uolūtatis: Te
ipsa obtestatio laborantis reip. Te tui nōminis
semper eterna prædicatio ad christianum genus in-
libertatem pristinam asserendum non uocabit?
Minime: minime: non id esset magni ducis: nō
christianissimi regis. Quin excute tandē aliquñ
temetipsum. Magnitudinē ai tui excita. Exurge
in hanc excelsam laudem: Ad immortalitatem
contento cursu nitere: Deo immortalis obtempe

ra: Amplectere orbem terræ imperio: Cœlū ani
mo: Aeternitatē gloria. Humanum genus bñfi
cio: ut nos: & qui post nos futuri sunt: quiq; in
longa posteritate inerunt: uirtutis tuæ merito
honestati: laboribusq; conseruati perpetuam no
stram salutem & dignitatez tuæ semper laudi &
memoriæ acceptam referamus: Tu uero quātuz
terrarum spaciū ad imperium tuum adieceris: tā
tundem tibi ad fruendam immortalitatem loci
in Cœlo compares.

FINIS.

in illa C. solvendi non modo in se
sua: Auctores gloria. I. Iamnam genus
in quibus non possit nos scire: quod
longa posteritate inerte: virtutes sua merito
possunt: ab omnibus conlectari perperam no
stiam saltem & dignitate: sua semper laudi &
memoria accipiam referantur. In vero quibus
certum spaci ad imperium cum adlectis: ca
cunam ubi ad fructum immortalem loci
in Caelo comparat.

FINIS.